# CLAVIS HOMERICA:

Referans Significationes, Etymologias, Derivationes, Compoſitiones, & Dialectos omnium ferè vocabulorum, quæ in viginti quatuor libris *Iliadis Homeri* continentur, eodem ordine, quo in ipſis libris leguntur.

*In gratiam ſtudioſæ Iuventutis.*

Huic adjicitur brevis Appendix de *Dialectis*.

Authore R.P.N.N. Anglo, Oxonienſi, S.I.

Editio Secunda, priori correctior, & quàm plurimis vocabulis, item & indice locupletior.

opera *G. P.*

Ἐὰν ἦς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής.

*Iſocrat. In Orat. ad Demon.*

LONDINI,

Typis *E.G.* ſumptibus *Godefridi Emerſoni*, in parva Bretagniâ. 1638.

BRITISH MUSEUM

# ALPHABETVM GRÆCVM.

| | | |
|---|---|---|
| Α α | A a | Alpha. |
| Β β ϐ | B b | Beta. |
| Γ γ | G g | Gamma. |
| Δ δ | D d | Delta. |
| Ε ε | E e | Epſilon. |
| Ζ ζ | Z z | Zita. |
| Η η | I i | Ita. |
| Θ θ ϑ | Th | Thita. |
| Ι ι | I i | Iota. |
| Κ κ | C k | Kappa. |
| Λ λ | L l | Lambda. |
| Μ μ | M m | My. |
| Ν ν | N n | Ny. |
| Ξ ξ | X x | Xi |
| Ο ο | O o | Omicron. |
| Π π ϖ | P p | Pi. |
| Ρ ϱ ρ | R r | Ro |
| Σ σ | S s | Sigma. |
| Τ τ | T t | Tau. |
| Υ υ | Y y | Ypſilon. |
| Φ φ | ph ph | Phi. |
| Χ χ | Ch | Chi |
| Ψ ψ | Pſ | Pſi. |
| Ω ω | O o | Omega. |

V

de

ab

ſia p

pie

one

typ

ſen

effl

mil

pau

cab

con

mul

rio

pot

# Lectori Salutem.

VSVM hujus Clavis ampliorem fore, Indice affixo, vel tyronibus ſatis appareat. Quo deſiderato, fructum libri percipere liceret, ab initio Homeri, non adeo à quavis alia parte, (quod ſæpe in Scholis fit) incipienti. Cujus defectus in priori editione, cùm Bibiopolam cujus ſumptibus typis mandanda fuit, certiorem feciſſem, ut ego ſupplendi laborem ſubirem, efflagitavit. Quod negotij ſolum primò mihi dari credebam: ſed cum in opere paululum proceſſus feciſſem; multa vocabula, etiam aliquando totas paginas confuſè intermiſtas, multa omiſſa & multa errata (quis enim tanto & tam vario operi primam manum admovens potuit non caſu labi?) irrepſiſſe deprehendi.

hendi. Nihilominus cum me alieno operi admiſcere, religioni habuerim, nimis parce fateor, & correxi & addidi. Sed quò longiùs perrexiſſem, eò majorem utriuſque cauſam percipiens, aut naturam authoris vitæ finem, antequam ille operi potuiſſet, feciſſe, aut typographum incuriâ maximam injuriam abſenti impoſuiſſe, in animum induxi. In parte igitur ſequente, plus licentiæ & addendi & mutandi, quæ opus fuerunt, mihi arrogavi, non quòd me Authori præferendo, mihi nimium ſumerem, ſed ut erratis quibuſdam ſaltem, quibus tyrones eſſent obnoxij, occurrerem. Librum præſertim initio, non ab erratis vacuum eſſe, ſcio; quæ quidem pauciora fuiſſent, ſi aut reſcribere, aut reviſere per tempus mihi licuiſſet. Cum autem Bibliopolæ feſtinatio, & illa vincula tyrrhena, quibus implicatus ſum, omnia quæ debuerunt, adijcere, adimere, mutare, non paſſa ſint, illos veniam conceſſuros ſpero, qui cum aliquid hujuſmodi tentaverint, non duobus

obus ictibus dejici tantam quercum, experti ſunt, & non tantum ſuis connivere didicerunt. Erratorum quorundam quæ mihi per tranſennam ſeſe obtulerunt, catalogum fini ſubjunxi. Hæc cum cæteris quæ invenies indulgenter corrige, & conatibus, quamvis tenuibus, benevolo animo utere; & domus quæ facta eſt, Deo juvante, non relinquetur impolita.

G. P.

# PRÆFATIO PARÆNETICA

## ad Græcarum literarum ſtudioſos, quâ magna utilitas græcæ linguæ demonſtratur.

CVm in Academiâ literis vacarem, ( *Juvenes Ornatiſſimi* ) quod non paucis abhinc annis factum à me eſt, multum quibus humanioribus ( ut parcius loquar ) delectabar ſtudiis, & ſingularem in linguâ græcâ addiſcendâ collocabam operam: ac tum etiam ( præter alios Authores græcos diligenter à me evolutos ) plurimum ponebam temporis in *Homeri* operibus lectitandis. Cum autem ille ſit facilè Princeps & Parens Poëſeos, ex ejus libris Poëtæ omnes ( quotquot tam ex græcis, quàm ex latinis habentur inſignes decerp-

decerpſerunt, quicquid raræ habent inventionis. Vnde non immeritò dictitabat *Plato*, præclaros nullos reperiri Poëtas, niſi qui (ut illius verbo utar) ὁμηρίζωσι, hoc eſt, ſequuntur & imitantur *Homerum*. Hinc fit etiam, ut tantopere *Homeri* opera laudentur atque æſtimentur ab *Alexandro Magno*, *Lycurgo*, *Plutarcho*, *Strabone*, *Virgilio*, aliiſque viris antiquitate doctrinaque præcipuis. Sed ut ad me ipſum revertar, *Iliada* ſemper tam ob ſtyli granditatem, quàm ob ſubjectæ materiei dignitatem, *Odyſſeæ* multis nominibus prætuli. Quamobrem in *Iliade* perfectè intelligendâ ſudavi tunc egregiè, diſſecando (ut ita dicam) vocabula ſingula, in quibus dubij vel difficultatis quidquam latere poterat, ſive *Significationem*, *Etymologiam*, *Derivationem*, *Compoſitionem*, ſeu demùm *Dialectum* ſpectatis. Lucubrationes has atque Scholia jam ab illo tempore diligentiſſimè revolui, iiſque plurima addidi. Quare ne mei iſti qualeſcunque labores, moriente me, pariter intereant, & ut alijs commodi nonnihil adferant, (*Bonum quippe eſt ſui diffuſivum*) prælo illos mandare decrevi. Vobis igitur perſuadeatis velim (*Juvenes Optimi*) inventuros vos, omnes, vel ſaltem maximas, quæ vocibus græcis inſunt, difficultates, de quibus ſuprà mentionem feci, enodatas hic penitùs & diſſolutas. Si paucula fortè verba (multa enim non ſunt) eo ordine

ordine non reperiantur, quo collocantur in carmine, ſi conſtructio hoc non excuſet, ignoſcite ſcriptori non advertenti. Videbitis quandoque non poni primo loco ipſum, quo utitur *Homerus*, vocabulum, ſed *Thema*, aut *primitivum*, à quo illud derivatur, ſubindeque ſubſequi verbum, uti ab *Homero* uſurpatur, fortaſſe etiam poſt alia ab eodem *Themate* derivata; quæ Methodus quamvis in uſu rarior, Ordini tamen naturæ videtur conformior. Explanantur præterea iterum eadem nonnunquam verba, idque ex profeſſo, tum ut ſæpiùs repetita addiſcentis memoriæ firmiùs imprimantur, tum ut ſollicitudo præripiatur inquirendi, an talia in prioribus *Iliadis* libris explicatione illuſtrata fuerint. Si ratioonem vultis, cur poſteriores *Jliadis* libri pauciores admittant adnotationes: patet, nimirùm, quia pleraque vocabula in poſterioribus libris occurrentia, antea in ſuperioribus fuerunt elucidata.

Habebitis & brevem huic operi annexum de *Dialectis* tractatum, quibus uſi ſunt Poëtæ Græci, & imprimis *Homerus*. Hunc ideò judicavi adjungendum, ne varias Dialectos ſingulis penè *Homeri* metris repetitas, ego quoque toties iterare adnotando cogerer. In quâ appendiculâ, ſtudioſum Iuvenem apprime velim eſſe verſatum, antequam *Iliadi* lectitandæ dedat operam.

Quam-

Quemadmodum etiam neceſſe eſt, ut qui his Scholijs rectè uti velit, familiarem habeat Græcam, quæ vulgò circumfertur, Grammaticam. Ideoque in hoc opere, neque communes pono regulas, nec earum adnotationes, quæ ad græcorum nominum declinationes, vel verborum conjugationes pertinent: hæc quippe omnia græcæ linguæ ſtudioſo nota eſſe ſuppono. Atque hæc hactenus de Inſtituti mei, in hoc opere, ratione, quæ pertinet ſolummodò ad facilitandam græcæ linguæ in *Homero* peritiam, non ad commentarium hiſtoriæ ſcribendum, quem laborem ab aliis multis ſuſceptum, abundéque ſcio eſſe præſtitum. Verũ, ut propiùs (*Iuvenes bonis literis deditι*) vos verbis aggrediar; Sinite me, obſecro, animos vobis addere, conanteſque egregiè, in hæc ſtudia impellere: Et quemadmodum candela, alteram ſine detrimento proprio accendit: ita & amor, quo erga linguam græcam accendor, amore erga eandem, pectora, precor, veſtra inflammet.

Ego quidem hoc tempore, provectâ ſum ætate, & complures ex vobis (ut autumo) nondum exceſſiſtis juventutis annos, quæ ſtabilitate & conſtantiâ carere ſolet, vel hoc ipſo Poëta noſtro teſte, cum ait:

(1) Hom. Iliad. Γ. (1) αἰεὶ δ᾽ ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Quare cùm honor ſit ſenectutis proprius, conſilio

conſilio verbiſque apud alios valere:

(2) Iliad. (2) ——— κελεύσειν

Δ Βυλῇ καὶ μύθοισι, τὸ γὰρ γέρας. ἐςὶ γερόντων.

Tantum apud vos obſecro, conſilium meum, verbaque obtineant, virium, ut ingenia veſtra exerceatis in omni bonarum literarum (ſed præcipuè linguæ græcæ) ſcientiâ acquirendâ. Nolite pati, ut ſterilitate areſcant jaceantque ſine culturâ, quæ tam copioſum, ſi excolantur, promittunt fructum: quin & ſubactam terram videmus de ſterili reddi fœcundiſſimam. Nec ſine lachrymis ſpectare poſſem, veſtras, quæ mori non poſſunt, animas, in carne & ſanguine eſſe ſepultas. Dum adhuc in eâ eſtis ætate, quæ viribus vigoreque valet, gnaviter in ſtudia incumbite, ut conatus veſtri præclarè ſuſcepti in præſenti præmium percipiant, & poſteris temporibus laudem mereantur. Verùm, ut ad *linguam græcam* perdiſcendam, omni ſtudio contendatis, primùm perpendite pauliſper, quantùm lectio veterum, qui græcè ſcripſerunt, Authorum, ſive de divinis egerint rebus, ſive de humanis, diſtet ab eorundem lectione, cum relictâ naturali in alienam mutuatamque transferuntur linguam. Vis enim atque *Emphaſis* quæ nativo ſæpe ineſt vocabulo inverſione plenè exprimi non poteſt. Major reverà diſcrepantia hic reperitur, quàm quæ ad oculum patet, inter vivum, ſpirantem, naturalemque

lemque alicujus rei colorem, ejuſdemque tinctam, fucatamque formam. Præterea, *linguæ greca* peritia non mediocriter juvat ad linguæ latinæ perfectam ſcientiam: unde & in operibus *Tullij*, non infrequentes incidunt *græciſmi*. Vltima tamen, præcipuaque ratio, quâ vos motos velim, ad hoc ſtudium, toto pectore, amplectendum, ex eo deducitur, quod ipſemet diligentiſſimè obſervavi, omnia videlicet ſtudiorum genera, artium ac ſcientiarum (tam divinarum, quàm humanarum) *linguæ græcæ* non parùm debere. Nam ſcientiæ omnes, adeò græcis opus habent atque utuntur vocabulis, ut ſine illis, ſua nequeant explicare Myſteria. Quæ vocabula, Doctorũ authoritate approbante, diuturnoque temporis uſu adſtipulante, præter communem, quam ab origine traxerunt ſignificationẽ, ſingulari cuipiam ſenſui ac conſtructioni ita alligantur, ut propriam cujuſque Artis naturam, adjunctaſvè circumſtantias aptiſſimè explanent. Cujus rei veritas, quàm ſit omnibus manifeſta atque explorata, conſuetos epiſtolæ tranſiliendo limites, dicam latiùs ſubſequentibus paginis, adducamque ad hanc rem exempla in cunctis nobilibus intellectualibúſque artibus, ſcientijs ac ſtudiis, à primis infimiſque ordiendo, ac demum ad ſupremam, quæ æternam hominis ſalutem ſpectat, ad ſacram (inquam) *Theologiam* pertingendo.

GRAM-

# GRAMMATICA

ET primum incipiemus ab ipſis primis Elementis doctrinæ. Vbi primum occurrit vocabulum : *Alphabeta*, continens ordinem literarum græcarum, & ſic appellatur à literis, *Alpha*, *Beta*.

Vox autem, *Syllaba*, derivatur à verbo græco, συλλαμβάνω, id eſt, *ſimul capio*; quia diverſæ literæ ſimul concurrunt ad faciendam ſyllabam.

*Dyphthongus*, venit à δὶς, bis, & φθόγγος, *ſonus*; quia ſonus fit duplex ex concurſu duarum vocalium.

*Grammatica* à γράμμα, *ſcriptum*, *litera*, nam literæ ſunt quaſi baſes & fundamenta hujus Artis.

*Proſodia*, à πρὸς, & ὁδὸς, *via*, quia hæc pars quaſi ſternit viam ad acquirendam artem grammaticæ.

*Syntaxis*, à græco σύνταξις, *conſtructio*; oſtendit enim, quomodo vocabula debent conſtrui, ut ſenſus inde eliciatur ſecundum regulas *Grammaticæ*.

*Hete-*

*Heteroclyta*, ſunt vocabula, quæ diverſam declinationem ab aliis vocibus habent, & venit ab ἑτέρως *aliter*, & κλίνω *declino*.

*Etymologia*, ab ἔτυμος, *verus*, & λόγος, *ratio*, quia continet veram rationē & proprietatē vocabuli.

Figuræ in *Grammaticâ* multæ ſunt, hic quaſdam tantùm attingam. Vt: *Prothesis*, cum litera additur ad principium vocabuli, à πρὸ, *ante*, & θέσις, *poſitio*, quod à τίθημι, *pono*. *Ectaſis*, cum vocalis brevis in longam mutatur, ab ἐκτείνω, *extendo*, cui opponitur figura *Diaſtole*, à διαστέλλω, *conſtringo*, *comprimo*, quia hic vocalis longa in brevem mutatur. Eadem ratio Etymologiæ poſſit reddi in omnibus aliis figuris Grammaticæ, ut in *Anadiploſis*, *Epitheton*, *Syncope*, *Euphonia*, *Metatheſis*, &c. Sed hic brevitatis gratia omittuntur.

## RHETORICA.

PRoximo loco veniamus ad *Rhetoricam*. Vocabulum autem *Rhetorica*, ducitur à ῥέω, vel ῥῆμι, *dico*, ſeu à ῥέω, *fluo*, quia eſt Ars, qua docemur politè loqui, & effundere verba cum facilitate & affluentiâ.

Figuræ *Rhetoricæ* multæ ſunt: & primò occurrunt verba, *Tropus*, & *Schema*, quibus hæ figuræ in genere exprimuntur.

*Tropus* Græcè τρόπος, venit à τρέπω, *verto*, *converto*, quia eſt deflexio in verbis à communi uſu loquendi.

*Schema*

*Schêma*, à græco σχῆμα, *habitus*, *forma*; quia figuræ *Rhetorices* continent quaſi inuſitatum habitum & formam ſermonis.

Figuræ autem particulares *Rhetoricæ* (præter nonnullas hic omiſſas:) ſunt hæ ſequentes.

*Metaphora*, à μετὰ, *trans* & φέρω, *fero*, quâ ſignificatio vocabuli transfertur à naturali ſenſu ad figurativam acceptionem.

*Synonymia*, cum multa vocabula eandem rem ſignificant, à σὺν, & ὄνομα, *nomen*.

*Apoſtrophe*. cum ſubitò relinquimus priorem diſcurſum, & ſermonem ad aliud ſubjectum convertimus, ab ἀπὸ, & στρέφω, *verto*, *converto*.

*Epanorthoſis*, cum corrigimus noſmetipſos in ſermone noſtro, ab ἐπὶ, ἀνὰ, & ὀρθόω, *dirigo*, *rectum facio*.

*Proſopopeia*, cùm ſermonem rei inanimatæ, vel alicui perſonæ fingimus tantùm; à græco vocabulo, πρόσωπον, *vultus*, *perſona*, *facies*, & ποιέω, *facio*, *fingo*.

*Onomatopeia*, cum vocabulum fingitur ad ſimilitudinem ſoni, quem edit res illa, quam ſignificat; ab ὄνομα, *nomen*, & ποιέω, *facio*. Similes *Etymologias* his habent figuræ, *Zeugma*, *Parentheſis*, *Epiphonema*, *& nonnulla alia*, quæ arte *Rhetorices* quaſi excuduntur. Diverſi modi loquendi in hâc arte ſortiuntur ſuas appellationes à græcis vocibus: ut, *Dialectus*, ſermo unicuique genti peculiaris, à διαλέγομαι, *colloquor*, *ſermocinor*. *Idioma*, certum genus dicendi, quod cuique au-

thori proprium eſt; ab ἴδιος, *peculiaris, proprius, ſpecialis.* huc refertur vox, *Phraſis*, quod à φράζω, *loquor.* Denique in hâc arte varia ſunt genera Orationum, quarum quædam appellantur *Panegyricæ*, aliæ *Parænetica.*

Oratio *Panegyrica*, quæ in laude alicuius rei vel perſonæ in cœtu celebri pronunciatur; à πᾶς, & ἄγυρις, *multitudo collecta, cœtus.*

*Parænetica* Oratio, quæ fit modo admonitionis, ſeu inſtruendi gratiâ; à παραίνεσις, *adhortatio admonitio.* Hucuſque de Arte Rhetoricæ.

## DIALECTICA.

Dialectica, quæ eſt ſummum Organum, ſeu Inſtrumentum viri ſtudioſi, duplicem habet appellationem. Dicitur enim *Logica*, à λόγος, *Ratio*, quia *Logica* nihil aliud eſt, quàm naturalis ratio præceptis artis munita & adjuta. Dicitur etiam *Dialectica*, à διαλέγομαι, *ratiocinor, diſputo*; quia præſcribit leges & præcepta probabiliter diſputandi & diſſerendi.

Modus diſputandi perficitur ope ſeu medio propoſitionum. Propoſitio autem idem eſt, quod græcè θέσις, à τίθημι, *pono.* Primaria autem diviſio propoſitionum eſt vel *Categorica, vel Hypothetica.* Propoſitio *Categorica* ſimplex eſt & abſoluta; à verbo κατηγορέω, ut ſignificat, *indico, arguo. Hypothetica* propoſitio habet ſemper conditionem ſeu ſuppoſitionem ſibi adjectam; & venit ab

ὑπόθεσις,

ὑπόθεσις, *ſuppoſitum, conditio, ſuppoſitio.*

Formæ autem diſputandi diverſæ, & ideò argumenta, quæ conflantur ex propoſitionibus diverſorum ſunt generum.

Primum & principale eſt illud, quod nuncupatur *Syllogiſmus*, viz: *Collectio, quæ ratiocinando fit*, & ideò dicitur oratio, in quâ poſitis duabus propoſitionibus modo & figurâ diſpoſitis, tertium aliquid ( id eſt concluſio) elicitur. venit *Syllogiſmus*, à verbo συλλογίζομαι, *ratiocinatione colligo, & concludo.*

Aliud genus Argumenti dicitur *Enthymema*, quod eſt brevius & ſuccinctius quàm *Syllogiſmus*, conſtat enim ex duabus tantùm ad plurimum propoſitionibus, quarum una eſt Concluſio. Fit ab ἐνθυμέομαι, *in animo verſo, ſeu voluto, conſidero, expendo:* animus enim diſputantis multum verſatur & occupatur, dum hoc genere argumenti utitur.

*Sorites*, dicitur Græcè etiam σωρείτης; eſt alia argumenti ſpecies, conſtans ex quàm plurimis propoſitionibus ſimul coacervatis, in quâ termini primæ propoſitionis tandem copulantur ( ratione illationis) cum terminis concluſionis. Venit à verbo σωρεύω, *cumulo, accumulo*: nam in formâ huius argumenti eſt accumulatio (ut dicitur) multarum propoſitionum.

*Dilemma*, eſt Argumentum ex utraque parte concludens Adverſarium: à δὶς, *bis*, & λῆμμα, *aſſumptio, propoſitio*: quia hoc argumentum ex

 duabus

duabus propoſitionibus ſeu διλήμμασι in medium proferri ſolet. Capita autem à quibus depromuntur argumenta Dialectica, appellantur, *Topica*, id eſt, Localia, à τόπος, *locus*; quia hæc loca ſubminiſtrant materiam, ex qua elicitur argumentum.

## *ARS SOPHISTICA.*

HVic Arti *Dialecticæ* ſolet adjungi *Ars Sophiſtica*, quâ argumenta fallacia deprehendimus: hæc pars *Dialecticæ*, debet tractari eo animo, quo Philoſophi tractant de vitiis, ſcilicet ad cognoſcenda tantùm, & evitanda; ſic & hic: *Dialecticus* enim debet cognoſcere & reſcindere argumenta fallacia, ſed non uti illis: nam hoc poſteriori modo ita eveniat, ut quod bonum eſt per *abſtractionem* (viz. ars *Sophiſtica*) ſit malum per *inhærentiam*, *Sophiſtice* enim bona eſt & laudabilis, at *Sophiſtes* malus ſemper & vitandus. *Sophiſtice* ſit à σοφίζομαι, *fraudulenter excogito*, vel *ratiocinor*, hinc *ſophiſma argumentũ fallax* & fraudulentum. Hoc argumentum fallax dicitur alio nomine *Paralogiſmus*, dicitur etiam & *Elenchus*. *Paralogiſmus*, à παραλογίζομαι *falſâ argumentatione utens*, *decipio*. *Elenchus* autem (ut hic) ſignificat *criminationem*, *redargutionẽ*; à verbo ἐλέγχω, *arguo*, item, *reprehendo*, *redarguo*: nam argumenta falſa & fraudulenta reprehendenda ſunt & coarguenda. Species autem horum Sophiſmatum,

tum, quæ nomina mutuantur à *græcâ linguâ* (præter alia) ſunt hæ ſequentes, *Homonymia*, viz. Nominis communitas, quia hæc fallacia latet in æquivocatione vocabuli; ab ὁμώνυμος, *idem nomen habens*, *æquivocum*, quod ab ὁμῶς, *ſimul*, & ὄνομα, *nomen*. *Logomachia*, quæ eſt inanis concertatio in vocibus: à λόγος, *ſermo*, *vox*, & μάχη, *concertatio*, *pugna*.

## MUSICA.

Μουσικὴ, græcè ſignificat artem *Muſica*, vel ſcientiam modulorum concinnorum. Venit à vocabulo μοῦσα, *muſa*, *Dea cantus*; aliquando accipitur pro ipſo *cantu*. Ad hanc artem pertinent vocabula illa duo: *Harmonia*, & *Melodia*. *Harmonia*, concentus; quod ab ἁρμόζω, *quadro*, *congruo*, *convenio*, quia Notæ *Muſica* debent inter ſe congruere & convenire. *Melodia*, quod ſignificat *modulationem*; à μέλος, *carmen*, & ᾠδὴ, *cantus*. Hinc primaria & principalis Nota in hac ſcientia, dicitur *Diapaſon*, à διὰ, & πᾶς, πᾶσα, πᾶν, ſic vocatur, quia in hac nota voces chordæ pulſatilis per omnes tonos inter ſe concordantiam habent.

Cum aliquid voce hominis decantatur, appellatur communiter vel *Oda*, vel *Pſalmus*. Ὠδὴ, idem eſt, quod *cantus*; ab ἀείδω, *cano*. *Pſalmus* item eſt *cantus*; quod à ψάλλω, *cano*. licet hæc poſterior vox uſu reſtringitur, ad Spirituales can-

tus in laudem Dei ; hinc *Pſalmi Davidis.*

## *ARITHMETICA.*

ARithmetica admodum pauca vocabula mutuatur à græcâ linguâ, tamen venit à græco ἀριθμὸς, *numerus* ; hinc ἀριθμέω, *numero.* Vocabula illa duo græca, *Chiliades*, & *Myriades*, quæ uſu latinæ redduntur voces, veniunt à χίλιοι, *mille*, & μύριος, *infinitus, innumerus.* Sed μύριοι, in plurali aliquando ſignificat decies mille, vel decem millia. Hactenus de *Arithmeticâ*, in quâ paucæ figuræ locis variatæ, producunt numeros penè innumerabiles ; ut paucæ literæ tranſpoſitæ, vocabula ferè infinita.

## *GEOMETRIA.*

GEometria eſt Ars dimetiendi terram ; venit hæc vox à γῆ, *terra*, & μετρέω, *metior.* Quia autem terra non poteſt menſurari ſine ope linearum, angulorum, & circulorum, ideò diverſa genera angulorum & Circulorum ſumunt ſuas appellationes à *Græcâ linguâ.* Hinc *Tetragonus* dicitur græcè τετράγωνος, *Quadrangulus, quadratus* ; à τετρὰς, *quaternio*, & γωνία, *angulus.* Simili modo dici poſſit de omnibus aliis generibus angulorum, quorum quam plurimi ſumunt appellationem à priori vocabulo γωνία, cum additione ſecundum diverſitatem eorundem. Hinc etiam

am

am *Centrum*, à græco κέντρον, *punctum*; quia *Centrum* eſt media pars circuli, & reſpectu magnitudinis totius Circuli, eſt inſtar puncti. Simili modo vox, *Diameter*, venit à græco διάμετρος, *linea dimetiens*, ſeu per medium ſecans; à διὰ, & μέτρον, *menſura*. Huc etiam referri debent figuræ *Geometricæ*, quæ appellantur *Calathoeides*, *Cylindroeides*, & *Conoeides*.

*Calathoeides*, à κάλαθος, viz. *Figura, quæ ex acuto in latum deſinit.* cui opponitur *Conoeides*, à κῶνος, *Conus*, figura ex lato in acutum deſinens. Cylindroeides, à κύλινδρος, *Cylindrus*, figura *Geometrica*, quæ ex omni parte æqualis eſt inſtar Columnæ.

Hucúſque de *Geometriâ*, quæ una eſt artium *Mathematicarum*. dicuntur autem Artes *Mathematicæ*, à μάθημα, τὸ, *diſciplina*, *eruditio*, ſed per excellentiam *Mathemata* dicebantur artes tantùm *Mathematicæ*, (quaſi ſibi tantum nomen diſciplinæ vendicantes.) quod à μανθάνω, *diſco*, *intelligo*.

## ASTRONOMIA.

PRoximâ claſſe ſit *Aſtronomia*, quæ tractat de cœlis. Hi ſunt Dei *Hieroglyphici* Characteres, vel ejus pulcherrimus liber, in quo diſtinctè & articulatè legamus Potentiam ejus, ad cujus potentiam eloquendam omnis eloquentia muta eſt.

*Aſtronomia* venit ab ἄστρον, *aſtrum*, & νόμος, *lex*: eſt enim Ars, qua dicimus legem ſeu curſum aſtrorum in motibus ſuis. Horum autem aſtrorum, quædam dicuntur *Planetæ*, ſeu *Erratica*, à πλανάω, *erro*; quia habent curſum erraticum, & non uniformem, reſpectu ſtellarum fixarum, quæ omnes fixo & uniformi motu feruntur. Nunc ſi deſcendamus ad circulos, quibus motus aſtrorum dignoſcuntur, certiſſimum eſt, quod fere omnes illi circuli mutuentur ſuas appellationes *à græcis vocabulis*, quæ voces (ut in cæteris artibus) indicant generalem quandam notitiam ejuſdem rei, cui applicantur. Et primum, Circulus *Horizon* dicitur ab ὁρίζω, *termino*, ſeu *limites do*; quia terminat viſum noſtrum ab altero illo *Hemiſphærio*, quod *Antipodibus* apparet. *Antipodes* autem dicuntur ab ἀντὶ, *contrà* & ποῦς, *pes*; quia illi nobis adverſa calcant veſtigia, ſeu, pedes noſtris oppoſitos habent.

Circulus *Zodiacus* dicitur a vocabulo ζώδιον, *animal*; quia plurima ſigna ejuſdem denotantur per ſimilitudinem animalium quorundam, ut *Aries*, *Gemini*, *Cancer*, *Leo*, *&c.*

Linea autem, quæ tranſit per medium *Zodiaci* appellatur *Ecliptica*, ab ἔκλειψις, *defectio*, quod ab ἐκλείπω, *deficio*; quia Luna patitur *Eclipſin*, quando opponitur Soli in illa tantum linea *Ecliptica*, & non alibi.

Circulus *Nycthemerinus*, ſeu *Equinoctialis*, dicitur à νὺξ, *nox*, & ἡμέρα, *dies*; quia cum Sol ſit in illa

illâ lineâ motu ſuo, dies & nox per totum mundum ſunt ejuſdem longitudinis.

*Circuli tropici*, dicuntur à verbo τρέπω, *verto, reverto*; eò quòd Sol, cum attigerit hos circulos, convertit & reflectit curſum ſuum.

*Paralleli* ſunt Circuli, quos ſol motu quotidiano facit. Hæc vox venit à græco, παράλληλοι, *ſimiles inter ſe*, vel *ad invicem*. Nam hi Circuli licèt in ſeipſis differant longitudine, tamen hoc diſcrimen adeò parvum eſt reſpectu noſtrum, ut iidem ſeu ſimiles ferè dicantur.

*Zonæ* dicuntur Circuli lati, quibus includitur tantum ſpatium cœli, quantum facit magnum diſcrimen caloris ſolis reſpectu habitantium; dicuntur autem zonæ, à ζώνη, *cingulum*, quia Zonę quaſi cingunt & ambiunt undiq; cœlum, quod à ζωννύω, vel ζώννυμι, *cingo, cingulo circumdo*.

Denique *Coluri* circuli dicuntur duo circuli mutuò ſe ſecantes in polis mundi; ſic dicti quòd ſemper altera eorum pars ſub *Horizonte* lateat; à κόλος, *mutilus, truncatus*, & οὐρά, *cauda*: quia illa pars, quę ſub *Horizonte* latet, eſt quaſi cauda totius abſciſſa ab altera parte. Si reſpiciamus habitantes ſub diverſis Meridianis; Quidam eorum nuncupantur *Heteroſcii*, Alii *Amphiſcii*, Alii autem *Periſcii*. Hęc vocabula derivantur à σκιὰ, *umbra*, & ἑτέρως, *alter*, ἀμφὶ, *utrimque*, & περὶ, *circum*, videlicet prout Sol diverſis modis lumen mittit corporibus, & umbram eorum efficit.

Quantum

Quantum ad *Planetas*, quorum ſcientia appellatur Theoria, à θεωρέω, *contemplor*, *ſpecto*, *inſpicio*, quia cognitio motus planetarum acquirebatur primum longa contemplatione & aſpectione motus eorum. Circuli autem quibus Aſtronomi deſcribunt curſum planetarum, ſuas appellationes à *græcâ linguâ* ſortiuntur. Hinc circulus *Excentricus* & *Concentricus* dicuntur à vocabulo κέντρον, *Centrum*, & ἔξω, *extra*: quia prior Circulus non habet centrum idem cum centro mundi, poſterior autem habet. Simili modo *Epicyclus* dicitur illud parvum corpus in quo inſeritur corpus Planetæ, ab ἐπὶ & κύκλος, *circulus*. Præterea *Planeta* aliquando propior eſt centro mundi, (ratione ſui *Excentrici*) aliquando remotior à centro mundi; cùm eſt priori modo, tum dicitur eſſe in *Perigæo*; cùm poſteriori, in *Apogæo*, à γῆ, *terra*, & præpoſitionibus περὶ & ἀπὸ.

Denique apparentiæ, (quas motus planetarum faciunt) dicuntur peculiari nomine, *Phænomena*, à φαίνομαι, *appareo*; quia ſignificant multiplices reſpectus motuum Planetarum, vel inter ſe, vel ad terram.

Quod ad Stellam Veneris attinet; aliquando vocatur Phoſphorus, id eſt, ſtella matutina, à φῶς, lux, & φέρω; quia tum antegreditur Solem Orientem: Aliquando dicitur Heſperus, Veſperus; ab ἕως, aurora, ſeu tota dies per Synecdochen, & πέρας, terminus, quia tunc ſubſequitur Solem Occidentem.

Quan-

Quantum ad *Lunam* in particulari attinet. Sciendum eſt, *Lunam*, ut eſt in vario ſitu ad *Solem*, nominari variis appellationibus. Cùm Luna nova eſt, dicitur *Neomenia*, à νέ@, *novus*, & μήνη, *Luna*: Cùm dimidium corporis *Luna* illuminatum nobis apparet, tum dicitur dichotoma, à διχότομ@, quaſi in *duas partes diſſecta*; à δίχα, *dupliciter*, & τέμνω, *ſeco*. Cùm vero eſt in plenilunio, tum dicitur *Panſelenos*, à πᾶς, & σελήνη, *luna*, quia totum corpus lunæ videatur nobis eſſe illuminatum.

Quod ad *Conſtellationes* pertinet. Polus mundi verſus Septentrionem dicitur *Polus Arcticus*, ab ἄρκτ@, *urſus*, quia hic Polus eſt prope conſtellationem quorundam ſyderum, quæ figuram gerunt *Urſi*, ut Poetæ finxerunt. Alter Polus verſus Auſtrum appellatur *Polus Antarcticus*, quia opponitur priori Polo. Hinc duo circuli ſunt, quorum unus dicitur *circulus Arcticus*, alter *Antarcticus*, quia curſus quorundam ſyderum prope polos, hos circulos faciunt. Simili ratione alia conſtellatio dicitur πλειάδες, à πλείων, *amplior*, *copioſior*; quia hæc conſtellatio conſtat ex multis ſyderibus. Altera etiam conſtellatio, (ut omnes alias prætermittam,) dicitur *Hyades*, ab ὕω, *pluo*; ſic dicitur, quia hæ ſtellæ ortu occaſuque ſuo pluvias concitant. Pari ratione *via lactea* in cœlo, dicitur ab aſtrologis γαλαξίας, à γάλα, τὸ, *lac*: Item, *parallaxis* alicujus puncti in cœlo ſignificat diſcrimen ſeu differentiam inter verum lo-

cum ſtellæ in cœlo, & apparentem locum tantum: nam vox παράλλαξις, eſt *differentia*, *aberratio*, à παρὰ, & ἀλλάττω, *muto*, hinc παραλλάττω, *alterno*. Eodem modo ortus & occaſus ſyderum dicitur, vel *Heliacus*, vel *Acronychus*. Ἡλιακὸς, eſt reſpectu ſolis cum ſtellâ orientis, vel occidentis; ab ἥλιος, *ſol*: Ἀκρόνυχος, ab ἄκρος *ſummus*, & νὺξ *nox*: iſte ortus, vel occaſus reſpicit omne tempus à veſperi uſque ad mediam partem noctis.

Hactenus de *Aſtronomia*, unde colligitur totam ferè hanc artem maximè niti vocabulis græcis, quorum ſignificationes & Etymologiæ non minimam partem hujus artis explicant: in quâ arte videmus motus irregulares & excentricos gubernari maximâ regularitate, & conſtantiâ mutabili.

## *GEOGRAPHIA.*

POſt has ſeptem liberales Artes ſuprà diſcuſſas veniemus ad *Geographiam*, vel *Coſmographiam*, quæ oculus eſt Hiſtoriæ, ut Hiſtoria eſt oculus vitæ humanæ. Hæc eſt Ars, quâ terra deſcribitur. Hæc vox venit à γῆ, *terra*, vel κόσμος, *mundus*, & γράφω, *ſcribo*, *deſcribo*. Hinc diverſæ plagæ mundi, & particuliaria loca & regiones ſumunt ſuas appellationes à græcâ linguâ. Exempli gratiâ, *Europa*, dicitur ab εὐρὺς, *latus*, *amplus*, & ὤψ, *vultus*, ſeu *conſpectus*: quia *Europa* non habet in ſe tot magnos montes, quot in *Aſiâ*, & *Africâ*,

câ, quin reſpectu harum vultus quaſi & conſpectus *Europæ* eſt valdè latus & amplus. Similiter *Africa*, dicitur ab α ſtereticon, & φρὶξ, *frigus*; quia Africa caret frigore, & magno æſtu laborat. Si autem deſcendemus ad particulares regiones, inveniemus, *Æthiopiam* ita dici, ab αἴθω, *uro*, & ὤψ, *vultus*; Habitantes enim quaſi uſti ſunt magno calore ſolis. *Pamphlagonia*, dicitur eâdem ratione, ἀπὸ πᾶς, & φλέγω, *uro*; quia calidiſſima eſt regio. *Meſopotamia*, à μέσος, *medius*, & πόταμος, *fluvius*; quia ſita eſt inter duo flumina, (ſcilicet *Tigrim*, & *Euphratem*,) & aquâ undique circumdatur. Inhabitantes quoque & incolæ quarundam regionum ſumunt appellationem è græcâ linguâ. Hinc *Amazones* appellantur ab α ſtereticon, & μαζὸς, mamma, mamilla; quia Mulieres illius gentis amputabant dexteram mamillam, ut expeditiùs exercerent artem ſagittandi. Alii dicuntur *Anthropophagi*, ab ἄνθρωπος, *homo*, & φάγω, *edo*, *comedo*; quia veſcuntur carnibus hominum. Denique *Pygmei*, quidam populi ſunt, qui adeò parvæ ſtaturæ ſunt, ut menſuram pugni in longitudine non excedere credantur, & itaque hoc nomen ſortiti ſunt à vocabulo, πυγμὴ, *pugnus*; item *lucta*, *certamen*, & ab hâc ſecundâ ſignificatione alii deducunt eorum nomen, quòd ſint populi ad bellum promptiſſimi. Si conſideremus totam congeriem aquarum, quod *Mare* appellamus, (cujus deſcriptio ad *Geographiam* pertinet) inveniemus, *Oceanum* dici, ab

ὠκὺς,

*ὠκὺς*, *velox*, propter velocitatem ejus fluxus, & refluxus, dicitur etiam alio nomine *Amphitrite*, (quod nomen uſurpatur etiam apud Latinos Authores) ab *ἀμφὶ circum*, & *τρίβω*, *tero*; qòd terram undique terat ſuis fluctibus. Poſtremò dicitur *Pelagus*, *à πέλας*, *propè*, & *γῆ*, *terra*; quia adjacet prope terram. Ars autem, quę ſpectat ad deſcriptionem *Oceani* & fluminum, dicitur *Hydrographia*; ab *ὕδωρ*, *aqua*, & *γράφω*. Hactenus de terrâ & Mari, quæ utraque reſpectu cœlorum ſunt inſtar puncti, & tamen propter diviſionem (ut ita dicam,) hujus puncti indiviſibilis, tanta eſt inter mortales ambitio, diſſidia, & bella.

## POESIS.

HOc loco tractabimus de *Poëſi*, quæ ars ſcatet vocabulis græcis, utpote magna pars Inventionis veterum poëtarum nititur vocibus græcis. Et primum *Poëſis*, *fictio*, venit à verbo *ποιέω*, *facio*, *fingo*, quia ars poëtæ conſiſtit maximè in fictione rerum, quæ non ſunt. Ab eodem verbò fit *Poëta*, *fictor rerum*. In hac arte inveniemus, *Metrum*, & *Rythmus*.

*Metrum* venit *à μέτρον*, *menſura*; quia carmina Poëtarum conſtant ex certis Syllabarum menſuris. *Rhythmus* græcè *ῥυθμὸς*, *numerus*, ſeu *modulus certâ dimenſione & portione conſtans*.

Proximo deſcendemus ad fictiones *Deorum* & *Dearum* apud *Poëtas*. Pauca ex multis decerpam.

Pam. Et primùm *Apollo*, (qui ſignificat *Solem*) ita dicitur ab ἀπόλλυμι, *perdo, deſtruo, interficio*; quia *Apollo* fingitur interfeciſſe *Pythonem* ſerpentem: Hoc eſt, Sol ſuo æſtu & influentiâ nubes, *exhalationes*, & vapores conſumit & diſpergit, quæ ſunt quaſi putrefactiones terræ. *Python enim* eſt *putrefactio*, græcè πύθων; & venit a verbo πύθω, *putrefacio*.

*Equi* autem *Apolinis*, vel Solis à Poëtis ficti, ſunt *Aethon*; quod vocabulum ab αἴθω, *uro*; *Phlegon*, quod à φλέγω, *incendo*; *Pyroeis*, quod à πῦρ, *ignis*; & *Eous*, *matutinus*, quod ab ἠώς, *Aurora*: quæ omnia vocabula partim exprimunt naturam & proprietates ſolis. *Phaethon* autem, qui fingitur hos equos rexiſſe, dicitur à φάος, *lumen, lux*; Sol eſt enim fons luminis & lucis. *Apollo* vel Sol dicitur alio nomine *Phœbus*; à φοῖβος, *lucidus*, quod à φάω, *luceo*: & ob eandem rationem, *Luna* dicitur *Phœbe*, id eſt, *lucida, ſplendida*. Deus autem *Hermes*, dicitur Latinè *Mercurius*: ab εἴρω, *dico, nuncio*, quia eſt nuncius deorum: *Mars*, dicitur græcè *Enyalius*, dicitur etiam *Ares*, quæ vocabula veniunt à verbis ἐνύω, *interficio*, & αἴρω, *tollo, occido*; hinc *Dea belli* dicitur *Enyo*, à priori verbo ἐνύω, *interficio*. *Æolus*, *Deus ventorum*, quod vocabulum à verbo, αἰόλλω, *moveo, commoveo, agito*; quippe vento omnia moventur, & agitantur. Species autem ventorum ſunt hæ: *Notus*, à νότις, *humiditas*, quia hic ventus humidus eſt & nebuloſus. *Zephyrus*, Favonius, quaſi ζωηφόρος; *quia*

*placi-*

*placidus eſt ventus, vitam rebus portans, à* ζωὴ, *vita,* & φέρω. *Eurus*, græcè εὖρος, ventus Orientalis, ita dictus, ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων, *ab Oriente fluens.*

*Momus*, Deus irriſionis, & reprehenſionis; à μωμέομαι *irrideo, reprehendo. Iris*, Dea nunciarum; *ab* εἴρω, *dico, nuncio. Themis*, Dea Juſtitiæ; à θέμις, *lex, Inſtitutum, jus. Aphrodite*, Venus, dea libidinis; ab ἀφρὸς, *ſpuma*, quia *Nemeſis*, Dea vindictæ, à græco νέμεσις, *Indignatio* cum *quadam invidiâ*; quod à νεμεσάω, *indignor, iraſcor, ſuccenſeo* meritò.

*Ate*, Dea damnum & detrimentum hominibus afferens, ab ἄτη; damnum, quod ab ἀτάω, lędo, noceo: *Pallas*, Dea belli, à πάλλω, *vibro, quatio, agito.*

Proximo loco dicemus de *furiis*, vel deabus infernalibus à Poëtis fictis. Et primò, omnes generali nomine appellantur *Erinnys*, à græco ἐριννύς, *furia, vindicta, hinc* ἐριννύειν, *indignari, ulciſci.* Una autem harum dicitur *Megairo*; à verbo μεγαίρω, *invideo*, altera nuncupatur *Alecto*; à græco ἀλέξω, vel ἀλεξέω, *arceo, depello, propulſo.*

*Orcus* apud Poëtas dicitur *Erebus*; à verbo ἐρέφω, *tego*, quòd à terrâ tegatur. Dicitur etiam *Tartarus*, à ταράττω, *vexo, crucio.* Fluvii autem inferni à Poëtis excogitati (inter alios) ſunt hi: *Phlegethon* quod à φλέγω, *uri. Styx*, ita dicitur, ob horribilem frigiditatem ſuam; quod à συγέω, *exhorreſco, extimeſco. Lethe*, à λήθη, *oblivio*; quia qui bibunt ex hoc fluvio, finguntur omnia obliviſci.

*Muſa*

*Muſæ* Poëticæ quàm plurimæ ſumunt pari modo ſuas appellationes è græcâ linguâ. Quaſdam tantùm attingam.

Et primùm Mater Muſarum ſecundum Heſiodum, dicitur Mnemoſyne, id eſt, Memoria; à vocabulo græco μνήμη, *memoria*: quod à verbo μνάομαι, *reminiſcor*; qui enim Muſis ſeu eruditioni deditus eſt, fœlici debet frui memoriâ.

*Melpomene*; à μέλπω, *cano*, quia cantu oblectatur. *Thalia* eſt propriè Muſa florum; à θάλλω, *vireo, pullulo*, propriè dicitur de plantis. *Terpſichore*, muſa delectata ſaltatione; à τέρψις, *delectatio*, & χορὸς, *ſaltus*, *tripudium*, *Erato* Muſa amori dedita; ab ἐράω, *amo, diligo*. *Urania*, Muſa, quæ cœleſtia, & alta ſapit; ab οὐρανὸς, *cœlum*. Denique *Calliope*, Muſa venuſtatis & pulchritudinis, à κάλλος, *pulchritudo*, & ὤψ, *vultus, oculus*.

*Nympharum* autem diverſæ ſunt ſpecies; quarum quædam dicuntur *Dryades*, quæ finguntur habitare in ſylvis: ita vocantur à δρῦς, *quercus*, quia inter omnes arbores ſylvæ quercus eſt præcipua. Aliæ dicuntur *Nayades*, quæ habitabant circa aquas, fontes, & fluvios; & hæ à νάω, *fluo, ſcaturio*.

Deveniamus ad *Parcas*, quas fingunt Poëtæ habere poteſtatem vitæ & necis. Tres ſunt, *Lacheſis*, *Clotho*, *Atropos*. *Lacheſis* ita dicitur, quoniam vitæ, quæ ſorte obtingere ab Ethnicis dicitur, præeſt; venit à λαγχάνω, *ſortior*, *ſorte obtineo*. *Clotho*, à verbo κλώθω, *filum neo*; quia hæc

*Parca* quaſi net filum vitæ hominis, & producit illud, quamdiu ipſe vivet. *Atropos*, fingitur ſcindere filum vitæ hominis, ut ulterius non extendatur; ab α, *ſtereticon*, & τρέπω, *verto*; quia mens hujus *Parcæ* non mutatur, ſed inexorabilis permanet.

Porrò fabulæ multæ particulares apud Poëtas ſumunt nomina à græcis: Hinc *Prometheus* appellatur, à προμηθεὺς, *providus*, *circumſpectus*; quod à πρὸ, *ante*, & μήδομαι, *curo*, *conſulo*. *Epimetheus*, ab ἐπιμηθεὺς, qui ſerò ſapit; ab ἐπὶ, aliquandò *pòſt*, *in compoſitione*, & μήδομαι. *Pandora*, à πᾶς, & δῶρον, *donum*: mulier, cui *Pallas* dedit ſapientiam, *Venus* formam, *Apollo* Muſicam, *Mercurius* eloquentiam. *Briareus*, Gigas ille, cui centum manus; à βριαρὸς, *robuſtus*, *fortis*. Multa alia exempla in Poëſi, hujus generis dari poſſunt. *Atlas* ſimili modo fingitur cœlum humeris ſuis ſuſtinere: hæc vox venit ab α, *epitatico*, & τλάω, *perfero*, *ſuſtineo*, *ſupporto*: ita ut ἄτλας ſit quaſi πολύτλας, *multum ſuſtinens*, & ſupportans. Et ſimili ratione, omnes fictiones mutandi corpora apud Ovidium appellantur generali nomine *Metamorphoſes*, à μετὰ, *trans*, & μορφόω, *formo*, *figuro*. Denique ad hanc artem Poëticam ſpectant illa vocabula, *Comœdia* & *Tragœdia*. *Comœdia*, venit à κῶμος, *comeſtatio*, & ᾠδὴ, *cantus*; quia in Comœdiis agendis fuerunt olim comeſſationes & potationes inter auditores. *Tragœdia* à τραγῳδὸς; *qui cantando caprum meretur*, à τράγος, *Caper*,

& ὠδὴ: erat enim tragœdiæ prẹmium, Caper. Hinc τραγῳδὸς, *actor tragœdiæ.* Ad hanc autem partem poëſeos referantur hæc etiam vocabula: *Prologus*; à πρὸ, & λόγος: *Epilogus*, ab ἐπὶ, in compoſitione aliquando pòſt, quia eſt poſtrema pars *Comœdiæ*, *Tragœdiæ*, aut alicujus generis ſermonis. *Cataſtrophe*, idem quod Epilogus; *à καταστρέφω, converto ad*, neutraliter, *finio*, *deſino*. Item, *Chorus*, *tripudium*, *ſaltatio*; à χορὸς, *ſaltatio*. In Tragœdiis enim & Comœdiis, χορὸς, olim dicebatur multitudo, quæ ſaltabat & canebat inter Actus: licèt hic mos jam mutatur, in *Comœdiis*, & *Tragœdiis*, & *Chorus* in illis ſubit aliam ſignificationem.

Hucuſque de arte *Poëſeos*, quæ nihil aliud eſt, quàm Philoſophia adumbrata: quippe arcana & (ut ita dicam) myſteria philoſophiæ ſub velamine fictionum poëticarum nobis traduntur & proponuntur.

## *PHILOSOPHIA.*

HOc proximo loco deſcendemus *ad Philoſophiam*, quæ eſt regina artium prophanarum, quâ ſcientiâ qui fruitur & ſpeculatione & praxi, licèt pauper ſit, dejectus tamen non eſt; ſed optimè aſſimilari poſſit circulo *Arctico*, qui quãvis parvus ſit, nunquam tamen occidit, ſed ſemper in conſpectu permanet. Nomen autem *Philoſophiæ* derivatur *à* φίλος, & σοφία; quaſi *amator ſapientiæ*. Species hujus ſunt hæ, *Phyſica*,

*Metaphyſica*, *Ethica*, *Politica*. Dicitur *Phyſica*, à φύσις, *natura*; quia tractat de natura & cauſis naturalibus rerum. Harum autem primum principium fuit *Chaos*, græcè χάος; id eſt, *hiatus*, à χαίνω, *hiſco*, *dehiſco*, quia ille hiatus cæcus & immenſus, erat Materia prima omnibus corporibus naturalibus.

Huic arti ſubjicitur *Meteorologia*, ſeu ratio & cauſa *Meteorum*. Dicuntur autem μετέωρα, *Meteora*, à græco verbo μετὰ, & ἀείρω, *attollo*, *ſurſum fero*; quia Meteora maximâ ex parte in ſuperiore regione aëris, ſupra nos generantur. Vna autem ſpecies Meteorum dicitur Cometa, viz: ſtella Comata, vel Crinita, à κόμη, coma, cæſarie; hoc enim Meteorum emittit ex ſe radios diffuſos, inſtar crinium capitis humani vel barbæ. Ad hanc ſpeciem *Philoſophia* poſſunt reduci hæc vocabula uſitata à Philoſophis: *Antiperiſtaſis*, quaſi *contra circumſtatio*, ab ἀντὶ, περὶ, & στάσις, *ſtatio*, quemadmodum media aëris regio dicitur frigidiſſima propter *Antiperiſtaſin* caloris & inſimæ & ſupremæ regionis. *Sympathia*, & *Antipathia* corporum à σὺν, ἀντὶ, & πάθος, *paſſio*. *Symboliſmi* elementorum dicuntur, cum in aliquâ primarum qualitatum conſentiunt inter ſe elementa, à συμβολὴ, *conjunctio*, *commiſſura*.

Huc etiam referantur vocabula ſpectantia ad animam humanam, ut *Endelechia*: quod à Philoſophis hic accipitur ad ſignificandum *actum*, id eſt, *eſſentiam* ſeu *formam*; cujus viribus

corpus

corpus animatum aſſiduè & ſine intermiſſione operatur. Nam græcâ voce ἐντελέχεια, exponitur *actus & perfectio*, ſeu *continuata quadam motio & perennis*. *Syneſis*, perſpicax animi facultas; in decernendis rebus; à συνίημι, *intelligo*. *Synteresis*, viz. *obſervatio*, *conſervatio*; à συντηρέω, *obſervo*, quia ſumitur pro facultate mentis, quâ rectam rationem obſervamus in agendo. Item, *Phantaſma*, quod eſt ſpecies rerum, cujus ope ſenſus operationes ſuas perficit; à φαίνομαι, *appareo*; hinc *Phantaſia*, quæ eſt unus ſenſuum internorum.

Huc etiam vox *Metapſychoſis* ſpectat, viz. *tranſmigratio animæ*; à μετὰ, in compoſitione, *trans*, & ψυχὴ, *anima*. Quidam enim veterum Philoſophorum tenebant animam cujuſlibet hominis poſt ſeparationem à corpore ſuo, ſtatim migraſſe in aliud corpus, ſive rationale, ſive irrationale: & hæc mutatio dicebatur *Metapſychoſis*.

Ad hanc claſſem *Philoſophiæ naturalis* ſeu *Phyſicæ*, reduci poſſunt certa vocabula græca, quibus animalia quædam appellantur, quæ ita vocantur ob certas innatas & naturales qualitates eorum, quæ his vocibus denotantur. Hoc modo *Leo dicitur*, à λάω, *video*, quia Leo eſt admodùm perſpicacis viſus. Eandem ob cauſam *Draco* dicitur à δράκος, τὸ, *oculus*, *viſus*, quod à δέρκω, *video*; quia eſt animal quod optimè videt. *Rinoceros*, animal quoddam, unius in nare cornu; à ῥὶν, ὁ, naſus, & κέρας, *cornu*. *Crocodilus*, quaſi *cro-*

*cum formidans* à κρόκος, *crocus*, & δειλὸς, *timidus*. *Nycticorax*, à νὺξ, *nox*, & κόραξ, *corvus*, quia eſt corvus nocturnus. *Philomela*, à φίλ☉, *amicus*, & μέλ☉, *carmen, cantus*; quia eſt avis cantui multùm dedita. *Harpyæ* volucres quædam rapaces; ab ἁρπάζω, *rapio, corripio*. *Polypus*, piſcis quidam habens multos pedes, à πολὺς, & πoὺς, *pes*. Denique *Nycteris*, à græco, νυκτερὶς, veſpertilio; à νὺξ, *nox*, quia nocte volat, & videt.

Pars illa *Philoſophiæ*, quæ dicitur *Metaphyſica*, tractat de rebus, ut ſunt ſupra vel præter naturam, & ſumit ſuam appellationem, à μετὰ, *ſupra*, trans, & φύσις, *natura*.

Species illa, quæ dicitur *Ethica*, tractat de vitiis & virtutibus moralibus; & ita appellatur ab ἦθ☉, *Indoles, mos, conſuetudo*, quia virtutes & vitia more & conſuetudine comparantur.

Species illa, quæ dicitur *Polytica*, ad gubernationem & regimen pertinet, & ideò venit à πολὺς, *multus*, vel πόλις, *civitas*, quia multorum regimen reſpicit.

Diverſa autem ſunt genera regiminis. *Oeconomia*, ſeu privata dicitur, ab οἶκ☉, *domus*, & νόμ☉, *lex*, quia continet legem à privatâ familiâ ſervandam. Illius autem regiminis, quod reſpicit gubernamen multorum diverſæ ſunt ſpecies, ſecundum diverſos modos, quibus ſtatus politici reguntur: ut *Monarchia*, quando ſtatus ab uno tantum ſupremo principe regitur; à μόν☉, *ſolus, unus*, & ἀρχὴ, *principatus, regimen*. *Ariſtocra-*

*tia*,

*tia*, quando optimates tantum ſedent ad gubernacula ſtatus; ab ἄριςος, *optimus*, & κρατέω, *imperium obtineo, dominor*. *Oligarchia*, quando ſtatus regitur à quibuſdam pauciſsimis viris; ab ὀλίγος, *parvus, paucus*, & ἀρχὴ. *Democratia*, cum à toto populo promiſcuè regitur; à δῆμος, *populus*, & κρατέω. Denique *Anarchia*, cum ſtatus à nemine gubernatur, ſed quilibet, ut ſibi placet, vivit ſine legibus, & ſine rectoribus; ab α, privativum, & ἀρχὴ. Huc referri poſſunt illa vocabula græca, uſu facta latina: ut *Toparches*, gubernator alicujus particularis loci; à τόπος, *locus*, & ἀρχὴ. *Dynaſtes*, *Magiſtratus*; à δύναμις, *poteſtas, vis, facultas*. *Exarchus*, venit ab ἐξ, & ἀρχὴ, & ſumitur apud antiquos pro vocabulo, *Prorex*; quia, qui obtinuit iſtum titulum in aliquâ natione, geſsit vicem & perſonam regis aut Imperatoris. Denique huc referri poſsit *Oſtraciſmus*, quo utebantur *Athenienſes*, dum pœnam in quoſdam ſubditos inflixerunt: & nihil aliud eſt quàm relegatio peccantis in legem, quæ fit teſtulis in urnam miſsis; ab ὄςρακον, *teſta*.

Hactenus de ſpeciebus *Philoſophiæ*, quatenus autem ſpectat ad diverſas ſectas Philoſophorum apud antiquos, fuerunt hæ quatuor ſequentes. *Academici*, qui ſeſe in *Academia* exercebant docendo & diſputando. nam Ἀκαδημία, Athenis dictus fuit locus, conſitus arboribus pulcherrimis, in quo tanquam in Gymnaſio, Philoſophi ſeſe in primis diſputando exerce-

bant. *Peripatetici*, Philoſophi profitentes ſectam *Ariſtotelis*: Hi ſemper deambulantes diſputabant. à περιπατέω, *deambulo*, (& peculiariter) *deambulando diſputo*. *Stoici*, *Philoſophi* dicti fuerunt per contemptum, ἀπὸ τῆς στοᾶς, à *porticu*, in quâ ſtantes, diſputabant. *Epicurei*, à nullo græco vocabulo, ſed ab *Epicuro* authore hujus ſectæ denominantur.

## *ARS MEDICINÆ.*

Proximo loco tractabimus de *Arte Medicinæ*, cui, ut arti *Architectonicæ* ancillatur ſcientia *Anatomica*, quæ tractat de ſtructurâ corporis humani, in quo Chiliades mirabilium inveniuntur: & ideo corpus hominis, vel ipſe homo non immeritò dicitur microcoſmus. Et primum, ipſa vox *Anatome*, nihil aliud eſt, quàm reſciſſio, quia per illam, quælibet pars corporis humani reſcinditur: & venit à græco verbo, ἀνατέμνω, *reſcindo*. *Sceletos* autem (quo vocabulo Medici paſſim utuntur) eſt oſſium exiccatorum cadaver, à σκέλλω, *ſicco*, *arefacio*. Nunc ad ipſum corpus accedamus. Et primum de Oculis. hi animæ ſummi ſunt inquiſitores, (ut ita dicam) & nuncij. Qui ſtudent huic arti, *Optiſtæ* appellantur, ab ὄπτομαι, *video*, & ideo principales Nervi oculi, quorum ope potiſſimum videmus, dicuntur *Nervi Optici*. Quantum ad tunicas oculi, Diverſæ earum capiunt nomina ſua à græcis voca-

vocabulis. Hoc modo una tunica dicitur *Amphibliſtroeides*, vel *retinâ*; ab ἀμφιβάλλω, *circumjicio*, quia circumambit oculum. Altera membrana dicitur *Ceratoeides*, vel *Cornea*; à κέρας *Cornu*, quia anterior pars inſtar cornu perlucet. Poſterior autem pars ejuſdem tunicæ, dicitur *Sclerotica*, quia dura eſt; à vocabulo σκληρότης, *durities*. Altera item nominatur, *Arachnoeides*; ab ἀράχνη, *tela aranea*, quia araneæ telam propter tenuitatem præ ſe ferre videtur.

Medium autem, per quod oculus videt, dicitur *diaphanes*. διαφανὴς, idem eſt, quod tranſparens; à verbo διαφαίνω, *tranſpareo*, nam ſpecies viſibiles debent per corpus tranſparens multiplicari ad oculum, antequam oculus videat.

Sed veniamus ad alia membra corporis hominis. Suturarum, quæ ſunt in capite, una dicitur *Lambdoeides*, quia gerit figuram literæ græcæ Λ. Altera dicitur *Stephanoeides*, à στέφανος, *corona*; habet enim figuram Coronæ. Eſt os quoddam appellatum *Ethmoeides*, prope naſum; ab ἠθμὸς, ſuperior pars naſi, quæ ſuperciliis proximè ſubjacet, ubi Spiritus veluti percolando attenuatur; ἠθμὸς enim, in primitivâ ſignificatione ſignificat *inſtrumentum ad percolandum aliquid aptum*.

Cerebrum dicitur communiter à Medicis, κρανίον, Calvaria, latinè fit *Cranium*. *Pericranion* eſt tunica ambiens cerebrum. *Epiglottis* linguæ ſupereminet, & impedit, ne quid in laringem de-

defluat; venit ab ἐπὶ, & γλῶττα, *lingua*. Aſpera Arteria communiter dicitur *Trachia*; ἀ τραχὺς, *aſper*. *Oeſophagus*, idem, quod gula, per quam cibus trāſit; ab οἴσω, laturum, ἀ φέρω, & φάγω, *comedo*. Eſt muſculus triangulus in dorſo, qui dicitur *Deltaoeides*, quia gerit formam literæ Δ. *Diaphragma*, quod aliter appellatur ſeptum tranſverſum, eſt muſculus, membra naturalia à vitalibus dividens; id eſt, animam concupiſcibilem ab iraſcibili, ἀ διαφράττω, *munio*, *obfirmo*, quia eſt magnum tutamentum his ſpiritibus. *Hepar*, græcè, idem, quod jecur Latinè. *Chylus*, eſt converſio cibi in materiam lacti perſimilem in ſtomacho. Χυλὸς enim græcè, eſt *ſuccus*, propriè is, quem res aliquæ fundunt & exudant. ideò venit ἀ χύω, fundo. *Meſenterium*, eſt membrum inter viſcera; ἀ μέσος, *medius*, & ἔντερα, *viſcera*: hinc quædam venæ appellantur *Meſentericæ*. Venæ & Arteriæ quædam *Hæmorroidales* appellantur, quæ deſcendunt ad rectum Inteſtinum, & per illas homo aliquando emittit ſanguinem, dum ventrem exonerat; itaque ita appellantur, ab αἷμα, τὸ, ſanguis, & ῥέω, *fluo*.

Principalis Arteria dicitur *Aorte*, ab ἀείρω, *attollo ſurſum*, quia exiens à corde ſurſum aſſurgit, & hinc dividit ſe in infinitos ramos per totum corpus. Motus cordis dicitur *Syſtole*, & *Diaſtole*; quia iſto motu cor nunc contrahitur, nunc dilatatur; ἀ συστέλλω, *contraho*, & διαστέλλω, *dilato*, & ratione hujus motus pulſus movetur. *Ureteres*,

ſunt

ſunt vaſa deferentia Vrinam ad veſicam; ita denominati, ab οὖρα, *Vrina*. *Paraſtatæ*, ſunt glandulæ prope veſicam, in quibus ſemen reſervatur, ἀ παρίϛημι, *aſto*. *Pericranium* dicitur, quia tegit cerebrum. *Perioſteum*, ab ὀϛέον, *os*, oſſis, quo oſſa teguntur. *Peritonæum*, quo membra in cavitate abdominis obvolvuntur, à περιτείνω, *circumtendo*. *Pericardium*, quo cor involvitur, à καρδία, *cor*. Illa autem tunica tenuiſsima, quæ cutem ſupereminet, & ambit, dicitur, *Epidermis*, à δέρμα, τὸ, *cutis*. Hactenus de quibuſdam tantùm vocabuſlis græcis, (nam nonnulla brevitatis cauſâ prætermitto,) quæ apud Latinos authores de *Anatome* ſcribentes paſsim occurrunt, & uſu frequenti redduntur quaſi vocabula Latina.

Quantum ad morbos corporis pertinet, exploratum eſt naturam multorum eorum implicitè contineri in ſignificatione vocabulorum ipſorum: ſic *Cachexis*, eſt pravus habitus vel diſpoſitio totius corporis, ἀ κακὸς, *malus*, & ἕξις, *habitus, diſpoſitio*: eodem modo, *Phreneſis*, cùm mens & judicium hominis depravatur; à φρενίτις, *mentis delirium*, quod à φρὴν, *mens*. *Lethargia*, venit à λήθη, *oblivio*, & ἀργὸς, *otioſus*: hic enim morbus reddit hominem oblivioſum, otioſum, & ſomno deditum. *Apoplexis*, quâ membra corporis perdunt & motum & ſenſum; ab ἀποπλήσσω, *percutio*, quia venit hic morbus ſæpiſsimè ex percuſsione & vulneratione corporis & nervorum.

vorum. *Paralyſis*, cùm dimidium tantum, ſeu pars corporis ita diſſolvitur, ut perdat & ſenſum & motum. παράλυσις enim idem eſt, quod *diſſolutio*, a παραλύω, *diſſolvo*. *Spaſmus*, quo nervi contrahuntur invite, & convelluntur; a σπάω, *traho*, *contraho*, *Catharrus*, & *Rheuma*, ſunt defluxiones humorum proprie è capite in os; utraque a ῥέω, *fluo*, *defluo*. *Aſthma*, quo quis difficulter ſpirat; nam ἆσθμα, τὸ, eſt *flatus*, *anhelatio*, quod ab ἄω *flo*, *ſpiro*. *Pleuriſis*, græcè πλευρῖτις, *lateralis*, quia hic morbus eſt lateralis dolor, viz. cùm latus malè afficitur, a πλευρὰ, *latus*. *Ptyſis*, eſt ulceratio pulmonum, quâ totum corpus pedetentim conſumitur; a πτύω, *ſpuo*, *excreo*; qui enim hoc morbo laborat, afficitur plerunque magnâ excreatione & expuitione. *Hæmorrhoides morbus*, quo venæ in ipſo fundamento tument, emittentes ſanguinem; ab αἷμα, *ſanguis*, & ῥέω, *fluo*, ut ſuperiùs dicitur de *Hæmorrhoidilibus* venis & arteriis. *Apoſtema*, abſceſſus, viz. humor in ſuppurationem converſus, ab ἀφίστημι, *abſcedo*. *Hydrops*, græcè ὕδρωψ, morbus, cum aqua inter cutem apparet, ab ὕδωρ, *aqua*, & ὤψ, *oculus*. *Strangurìa*, quâ urina guttatim diſtillat, & cadit; a στράγξ, *gutta*, & οὐρία, *urina*. *Dyſuria*; difficultas emittendi urinam; a δὺς, *difficulter*, *ægrè*. *Gonorrhæa*, ſeminis profluvium; a γονὴ, *ſemen*, & ῥέω, *fluo*. *Iſchias*, & per corruptionem, *Sciatica*, cùm dolor eſt circa juncturam, vocatam ἰσχίον viz. circa coxam: nam ἰσχίον, idem eſt, quod coxa. *Iliaca*

paſſio,

*paſſio*, cùm viſcera minora dolore afficiuntur, ab εἰλεὸν, (quod eſt gracile inteſtinum) quo nomine appellatur unum iſtorum viſcerum. *Podagra*, cum pes humoribus tumet & dolet; à πούς, *pes*. ſic *Chiragra*, cum manus eodem morbo laborat; a χεὶρ, *manus*. Hactenus de quibuſdam morbis, (multis aliis prętermiſſis) quorum natura generali quodam modo elicitur ex ſignificatione & Etymologiis verborum, quibus appellantur.

Morborum autem curandorum modi (præter multa alia genera curandi) tres ſunt: viz. per *Cataplaſma*, vel *Emplaſtrum*, per *Phlebotomiam*, & per *Cauterium*. Κατάπλασμα, eſt medicamentum, quod illinitur, vel quod illinendo adhibetur; à καταπλάσσω, *illino*, *oblino*. Φλεβοτομία, eſt ſciſſio venæ, a φλὲψ, *vena*, & τομὴ, *ſciſſio*. ἐμπλαστρὸν, idem eſt, quod κατάπλασμα; & venit à verbo ἐμπλάσσω, *illino*. Καυτήριον, eſt inſtrumentum ferri, quo candente, caro mortua & putrida conſumitur, accipitur & pro medicamento, quod poteſtate urit, quod à καίω, fut. καύσω, *uro*, *incendo*. Huc referri poſſunt (nam ad corpus hominis pertinent, & ideo ad Medicos,) hæc vocabula: *Embryon*, *Hermaphrodytus*, *Androgynos*. Ἔμβρυον, ſignificat fœtum humanum in utero mulieris, antequam omnes partes & membra corporis perfectè habeat: ab ἐν, & βρύω, *ſcateo*, *pullulo*. Ἑρμαφρόδιτος, qui eſt quaſi *Heteroclitum* in naturâ ita dicitur, quia utriuſque ſexus membrum habet, ab Ἑρμῆς, *Mercurius*, & Ἀφροδίτη, *Venus*,

*Venus*; quia talis eſt mixtum genus ex *Mercurio* & *Venere*, qui ſupponuntur pro diverſis ſexibus. Ἀνδρόγυνος, idem, quod ἑρμαφρόδιτος, viz. Vir pariter & ſœmina; ab ἀνὴρ, genit. ἀνδρὸς, *vir*, & γυνὴ, *mulier*. Hic finiam, percurrens complexiones ſeu humores humani corporis. Sunt autem (præter complexionem ſanguineam quæ non mutuantur nomen à græcis.) *Cholera* græcè etiam χολέρα, *bilis*; quod vocabulum à χολὴ, *bilis*, *fel*. *Melancholia*, græcè μελαγχολία, cùm atra bilis abundat in corpore; à μέλας, *ater*, *niger*, & χολὴ, *bilis*. Flegma, *humor albus* & frigidus, *pituita*; à greco, φλέγμα, idem.

## *THEOLOGIA.*

TAndem concludamus hanc noſtram Præfationem, diſcurrendo per Sacram *Theologiam*, cujus ſcientia pertinet ad cognitionem & cultum noſtri Creatoris, *Dei Optimi Maximi*: (nam vocabulum *Theologia* derivatur à Θεὸς, & λόγος) qui omnia in ſe comprehendit, & tamen in re minimâ comprehenditur.

Et primùm hic occurrit nomen ejus tremendum; *Tetragrammaton*, quo nomine appellabatur apud Judæos, & quod exprimere religio illis erat: venit à τέσσαρες, *quatuor*, & γράμμα, *litera*, conſtabat enim hoc nomen ex quatuor literis.

*Deus* eſt unus naturâ & eſſentiâ; & tamen tres ſunt perſonæ, viz. *Pater*, *Filius*, & *Spiritus Sanctus*.

*ſtus.* Secunda perſona, viz. filius, vocatur *Chriſtus*, Salvator noſter, à χρίζω, *ungo*; quia unctus eſt Sacerdos, ſecundum ordinem *Melchiſedech.* qui æqualis eſt & conſubſtantialis Patri: & ideò in primo *Concilio Nicæno*, appellatur *Homouſios*, id eſt, *conſubſtantialis* cum Patre; ab ὁμοῦ, *ſimul*, & οὐσία, *ſubſtantia*; et non *Homoiouſios*, id eſt, ſimilis ſubſtantiæ patris, ab ὅμοιος, *ſimilis*, quem titulum *Ariani* callidè tribuebant illi.

Tertia perſona, viz. *Spiritus Sanctus* appellatur, *Paracletus*, id eſt, *Conſolator*, à παρακαλέω, *advoco, conſolor*: quia ſolatium omne noſtrum ſpirituale dicitur proprie venire *à Spiritu Sancto*. *Suppoſitum* autem in hoc ſacro myſterio Incarnationis verbi, dicitur communiter à Theologis, *Hypoſtaſis*, ab ὑφίστημι, *ſubſiſto*, quia ſubſiſtit in utraque natura, ſcilicet divinâ & humanâ: Et, hinc illud, *Unio Hypoſtatica.* Applicatio autem proprietatum utriuſque naturæ ad *Hypoſtaſin* dicitur, *Communicatio Idiomatum*; ab ἰδίωμα, *proprietas loquendi*; quod ab ἴδιος, *proprius, peculiaris*.

Cœtus, qui proſequebatur *Deum* vero cultu in lege veteri appellabatur *Synagoge*, ſcilicet, conventus Iudæorum: nam συναγωγὴ, eſt proprie *conventus, cœtus*, à συνάγω, *congrego, colligo*. Hinc illi Ethnici, qui ex Paganiſmo ad Iudaiſmum converſi erant, appellabantur *Proſelyti*: nam προσήλυτος, proprie eſt *advena*; a προσέρχομαι, *advenio*: hujuſmodi enim Ethnici fuerant *Advenæ*, et non Iudæi nati.

Cœtus

Cœtus autem verè Deum colens poſt *Chriſtum* Incarnatum, dicitur *Eccleſia*; ab ἐκκαλέω, *evoco*, quia, qui veri ſunt Chriſtiani, evocati ſunt à Deo ex cæteris cœtibus quibuſcunque.

Oſtium quaſi, per quod aliquis intrat in Eccleſiam Chriſti, eſt Sacramentum *Baptiſmi* quod à βάπτω, *tingo, immergo*: qui enim baptizatur, tingitur aqua, & in illam parùm immergitur, hinc βαπτίζω, *baptizo*.

Quod ad *Scripturas* attinet, in quibus continetur verus Dei cultus. Totum corpus, vel liber continens eas, dicitur *Biblium* per excellentiam: nam βίβλιον, idem eſt, quod *Liber*. Qui ſcripſerunt vetus Teſtamentum, plerumque *Prophetæ* fuerunt, & id ò dicebantur à προφημὶ, *prædico, prænuncio*; quia futura prænunciabant.

Nonnulli libri veteris Teſtamenti ſumunt appellationem à græcis *vocabulis*: Et primùm Pentateuchon dicuntur *Moyſis* ſcripta, quoniam in quinque volumina ſunt diſtributa: à πέντε, quinque, & τεύχω, Fabricor, ſtruo, paro. Sic Octateuchon vocantur octo priores veteris Teſtamenti libri, ab ὀκτὼ, octo.

Liber, dictus Geneſis, tractat de origine & creatione rerum omnium; & vocabulum, γένεσις, idem eſt, quod *origo, ortus, genitura*.

*Exodus*, vocatur à græco ἔξοδος, *exitus*, quà *abeundo exitur*: quia in hoc libro monſtratur via Judæis per mare rubrum, ad evitandum furorem Pharaonis & Ægyptiorum. *Deuteronomium*,

*mium*, id eſt, *ſecunda lex*, à δεύτερος & νόμος; hoc enim libro novæ leges dantur populo Dei, ut cum majori diligentiâ obſervent Iudæi legem & præcepta Dei. Alia pars veteris teſtamenti dicitur, *Chronicon*, à χρόνος, *tempus*; quia continet breviter hiſtoriam, à tempore *Adami* uſque ad filios *Eſau* & *Iacob*, dicitur etiam hic liber *Paralipomenon*, à παραλείπω, *prætermitto, relinquo*, quia copioſiùs tractat de multis rebus anteà omiſſis in libris Regum. Alia pars ſcripturæ appellantur *Pſalmi Davidis*; à ψάλλω, *cano*; quia continent ſpirituales cantus *Davidis* in laudem Dei. *Eccleſiaſtes* dicitur, quia in hoc libro *Salomon* gerit ſe more *Concionatoris*, qui fuſiſſimè tractat de vanitate mundi: nam ἐκκλησιαςής, idem eſt quod *Concionatoris*. Alius liber dicitur, *Threni*, ſive lamentationes, à θρῆνος, *luctus, planctus*: nam in hoc libro *Jeremias Propheta* deplorat ſtatum Ieruſalem, propter peccata populi. Hucuſque de nonnullis Libris veteris Teſtamenti.

Novum autem Teſtamentum, dicitur *Evangelium*; ab εὖ, *benè, fœliciter*, & ἀγγέλλω, *nuncio, annuncio*, *hinc* εὐαγγέλλω, *annuncio*, *quod bonum eſt*; quia annunciat adventum Salvatoris noſtri. Hinc illi dicebantur *Evangeliſtæ*, qui ſcribebant Nativitatem, vitam, & mortem *Chriſti*.

Simili modo illi dicebantur Apoſtoli Chriſti, ab ἀποστέλλω, *mitto*: quos *Chriſtus* miſit per totum mundum, ad prædicandum fidem Chriſti. Vnus

D tan-

tantum liber novi Teſtamenti ſumit appellationem græcè, & hic eſt *Apocalypſis*, id eſt, revelatio; ab ἀποκαλύπτω, *revelo*, *aperio*: in hoc enim libro Chriſtus revelat & expandit multa myſteria & ſecreta ſancto *Iohanni Evangeliſtæ.*

Hic autem obſervandum eſt, Scripturam ſacram adeò eſſe fertilem, ut in nonnullis locis (præter ſenſum literalem) habeat tres alios ſenſus, ſeu conſtructiones. Hi ſenſus à Theologis appellantur: *Allegoricus*, *Tropologicus*, & *Anagogicus.*

Primus, venit ab ἀλληγορέω, *aliis verbis ſignifico*, vel figuratè loquor: quod ab ἄλλως, *aliter*, & ἀγορέω, *dico*, *loquor.*

Secundus, à τρόπος, *mos*, & λόγος, *ſermo*; quia iſta conſtructio ſemper refertur ad mores hominis.

Tertius, ab ἀναγωγὴ, *elatio*, quod ab ἀνω, *ſupra*, & ἄγομαι, *feror*, cùm hic reſpiciat ſupernam & cœleſtem beatitudinem animæ. Qui recens ad Chriſtianam religionem acceſſit, dicitur *Neophytus*, quia nuper natus, aut nuper plantatus; à νέος, *novus*, & φυτὸν *planta*, *ſtirps*. Qui autem initiatus eſt tantùm in myſteriis fidei Chriſtianæ, dicitur *Catechumenus*, à κατηχέω, *ſono*, *inſono*; peculiariter dicitur is, qui rem quampiam inſonat ejus auribus, quem docere vult, & ideò peculiariter κατηχέω, (veniens à κατὰ, & ἠχέω) ſignificat, *doceo prima artis alicujus elementa*, ſed peculiariùs, religionis Chriſtianæ. Hinc vox, *Catechiſis*,

*cheſis*, græce κατήχησις, *Inſtitutio*, quâ *prima ſcientia alicujus (particulariter autem religionis Chriſtianæ) rudimenta ſeu elementa traduntur.* Qui autem conſtanter totam fidem Chriſtianam ſine aliquo errore mixtam complectitur, hic dicitur *Orthodoxus* & religio ejus *Orthodoxa*; ab ὀρθὸς, *rectus*, & δόξα, *ſententia*, qui vero mortem ſubit pro conſtantiâ ſuâ in Chriſtianâ fide, *Martyr* dicitur quia μάρτυς, idem eſt, quod *teſtis*; & talis per mortem ſuam teſtatur Chriſti fidem veram eſſe. Hoſtis autem Chriſtianæ religionis, & humanæ ſalutis dicitur, *Diabolus*, dicitur etiam *Dæmon*. *Diabolus*, idem eſt, quod *Calumniator, deceptor*; à διαβάλλω, *calumnior, decipio*: ſemper enim tentat *Diabolus*, ut decipiat genus humanum. *Dæmon*, idem quod *ſciens, peritus*; à δαίω, *ſcio*. *Dæmon* enim, tum ratione naturæ ſuæ Angelicæ, (nam Angelus bonus fuit) tum longâ ſuâ experientiâ valde ſciens & peritus eſt. Vox autem *Angelus* ſignificat nuncium; ab ἀγγέλλω, *nuncio*: Angeli enim Dei, ſunt ejus nuncii, ſeu miniſtri.

Forma autem precum publicarum, quæ Deo à toto populo Chriſtiano quotidie funduntur, dicitur *Leiturgia*, quaſi miniſterium ſeu munus publicum totius populi Chriſtiani; à λαὸς, *populus*, & ἔργον, *opus, factum, res*: vel à λιταὶ, *ſupplices preces*, obſecrationes.

Conciones, in priſcis temporibus Eccleſiæ ad populum habitæ, dicebantur *Homiliæ*: nam ὁμι-

λία,(quod ab ὅμιλος, *cœtus, multitudo*) propriè eſt *ipſa actio verſandi in cœtu hominum*: licet peculiariter in priſtinis temporibus ſignificabat ſermonem aut concionem habitam populo.

Qui Chriſtianam fidem ſemel amplexam poſteà relinquit, vocatur *Apoſtata*, & ejus defectio *Apoſtaſis*, viz. *diſceſſio* à verâ fide; à verbo ἀφίςημι, diſcedo, *exeo*. Si autem aliquis ſeparat ſe tantum à communione Eccleſiæ retinens veram fidem, hic dicitur *Schiſmaticus*, & actio ejus *Schiſma*: σχίσμα enim idem eſt, quod *ſciſſura*, diviſio, à σχίζω, *ſcindo*, talis enim deſinit eſſe membrum Eccleſiæ, & per pertinaciam ſuam quaſi ſcinditur ab Eccleſiâ. Si verò aliquis credens in Chriſtum pertinaciter tamen tenet aliquam falſam ſententiam contrariam fidei totius Eccleſiæ, hic *Hæreticus* nuncupatur, & ſententia ejus falſa dicitur, *Hæreſis*, ab αἱρέω, *eligo*: quippe, qui Hæreticus eſt, ſemper eligit ex ſuo privato judicio aliquam falſam opinionem circa fidem Chriſti.

His falſis opinionibus ſeu dogmatibus Eccleſia primitiva valdè turbata fuit: quorum nonnulla mutuabuntur appellationem à græcis vocabulis, quæ generaliter & confusè exprimebant naturam earundem hæreſium. Hinc quidam *Hæretici* dicebantur, *Tritheitæ*; à τρεῖς, *tres*, & θεὸς: quia quamlibet perſonam in ſacrâ *Trinitate* à ſe invicem eſſe diſtinctam reſpectu Divinæ naturæ docebant, & per conſequens, tres eſſe *Deos* ſtatuebant. Alii *Agnoitæ*, appellabantur. Hi docebant

cebant *Chriſtum* neſcire diem ultimum, & ideò denominati ſunt à voce græcâ, ἀγνοία, *ignorantia*, quod a α ſtereticon, & νοέω, *intelligo, ſcio*. *Monothelitæ*, vocabantur, qui unam tantùm voluntatem *Suppoſito divino* adſcribebant; à μόνος, *ſolus, unicus*, & θέλημα, *voluntas*. *Anthropomorphitæ*, dicebantur illi *Hæretici*, qui putabant Deum revera habere corpus & affectus, aliaque accidentia hominis: ab ἄνθρωπος, *homo*, & μορφὴ, *forma*, & peculiariter, *forma humana*. *Encratitæ*, Hæretici, qui nimis ſuperſtitioſè temperantiam colebant, & Matrimonium ut omninò illicitum damnabant: ab ἐγκράτεια, *temperantia, continentia*. *Euchitæ*, docebant Chriſtianam religionem ſolùm in orando, & fundendis precibus conſiſtere: ab εὔχομαι, *precor, ſupplico, oro*, *Gnoſtici*, Hæretici, ſuam eruditionem nimis jactabant, & omnes alios præ ſe indoctos eſſe objiciebant: à γνόω, *ſcio*, pro quo γινώσκω. Denique *Acephali* erant illi, quorum primus author fuit ſemper incognitus, & ideò dicebantur Acephali, ab α ſtereticon, & κεφαλὴ, *caput*: quia hi Hæretici erant quaſi ſine capite, & ſine Authore cognito.

Modus & ratio extirpandi hæreſes, tum temporibus antiquioribus, tum recentioribus fuerunt per *Concilia*: hæc autem vocantur *Synodi*: nam σύνοδος, eſt *congreſſus, conventus*; à σὺν, & ὁδὸς: quia iſta Concilia conſtabant ex congreſſu & conventu plurimorum doctiſſimorum Theologorum. Vocantur autem *Synedria*, id eſt, *conſeſſus*, à

à σὺν & ἕζομαι, *ſedeo*; quia Concilium & conſeſſus doctorum hominum condemnavit aliquam falſam opinionem. Sed quia generalibus præſertim, non particularibus Conciliis damnabantur hæreſes, ideò talia Concilia vocantur *Oecumenica*, ab οἰκουμένη *Orbis terrarum*. Generalia enim Concilia collecta erant ex eruditiſſimis Theologis & doctoribus diſperſis per totum orbem Chriſtianum.

Cum condemnatio Concilii generalis lata fuiſſet contra aliquem docentem falſa dogmata, tum hic per concilium dicebatur *Anathema*, id eſt, *homo execrabilis, & communione cum aliis hominibus non dignus*, tantum enim ſonat vox, ἀνάθεμα. Hinc verbum ἀναθεματίζω, *Anathema eſſe declaro, execror*. Denique ſententiæ latæ per Concilium generale, communiter appellantur, *Canones*: κανὼν enim græcè eſt regula, *norma*, quia *Canones* legitimi generalis Concilii debent eſſe normæ, ſeu regulæ cuilibet homini privato. Ab hac etiam voce Scriptura ſacra dicitur, κανονικὴ, id eſt, in *Canonem* relata.

Miniſtri Eccleſiæ *Chriſti* principales ſunt, *Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi*. *Epiſcopus*, ſignificat propriè & Etymologicè *ſpeculatorem* vel *inſpectorem*, ab ἐπισκοπέω, *inſpicio, ſpeculor, animadverto, ſuperintendo*: quia *Epiſcopus* curam principalem gerit ſui circuitus aut *Diœceſis*; quæ vox, διοίκησις, ſignificat habitationem per diverſas & proprias ſedes, ſeu domos, quæ uni tantum Epiſcopo ſubje-

ſubjectæ ſunt, venit enim à διοικέω, *habito ſeorſum*; quod ab οἶκος, *domus*. Huc referatur vox *Archiepiſcopus*, ab ἄρχω, *impero*, præſum, quia cæteris omnibus epiſcopis præeſt.

*Presbyter*, venit à πρέσβυς, *ſenex*; hinc Presbyter, *ſenior*: *Senes* enim ad hanc dignitatem plerumque fuerunt electi. *Diaconus*, venit à διακονέω, *famulor, miniſtrum vel famulum ago*: hinc *Diaconus*, eſt quaſi ſubminiſter, vel famulus *Epiſcopi*, ſeu *Presbyteri*. Hic porrò notandum eſt, Rectores & Miniſtros Eccleſiæ Chriſti generali nomine vocari *Clericos*; nam κληρικὸς eſt, qui *cenſetur in Clero*, quod à κλῆρος, *ſors*: ſed peculiariter accipitur pro Collegio eorum, qui ſacris functionibus vacant, aut illis quaſi ſorte deſtinantur: hi enim ſunt quaſi *ſors dicata Deo*. Vocabulo (*Clericus*) opponitur vox, *Laicus*. Λαϊκὸς enim eſt *plebeius*, à λαὸς, *populus*: qui enim *Clerici* non ſunt, quaſi *plebei* ſunt. Huc referatur vox, *Hierarchia*, quæ ſignificat gubernationem vel regimen circa res ſacras, applicatur autem tantùm ad illam gubernationem, quæ eſt Eccleſiæ Dei. Vox hæc venit, ab ἱερὸς, *ſacer, ſanctus*, & ἀρχὴ, *principatus*. Hactenus de illis vocabulis græcis, quæ pertinent ad ſacram *Theologiam*.

Præter illa vocabula græca, quæ ſupra referuntur ad artes & ſcientias, Infinita ferè ſunt alia, quæ ad nullam particularem artem aut ſcientiam propriè reduci poſſunt; & tamen vocabula græca ſunt, & longo uſu & tractu temporis fiunt

ſunt voces latinæ: quorum derivationes ſeu Etymologias a *græcis Thematibus* ſeu *Primitivis* deſumptas ſcire, admodum jucundum eſt, et viro bonis literis dedito omnino dignum. *Centum* tantùm horum hic enumerabo, (prætermittens omnia alia, et remittens ſtudioſum lectorem ad Lexica pro inveſtigatione derivationum ſeu Etymologiarum eorundem: ſunt autem hæc ſeqcentia *Cœlum, Trimegiſtus, Blaſphemia, Cœmiterium, Heliotropium, Hieroglyphica, Idea, Pyramis, Monopolia, Epitaphium, Character, Climatericus, Enchiridion, Scholia, Paraphraſis, Antagoniſta, Anonymus*, Pandecta, *Theorema, Aphoriſmus, Axioma*, Paradoxa, *Alchymia*, Ephemerides, *Ænigma, Prototypon, Antitypon, Prodromus, Myſterium*, Eleemoſyne, *Thermæ, Polypragmon, Prolegomena, Parerga, Cathedra, Hebdomada, Syſtema, Hypocriſis, Pirata, Theatrum, Protoplaſtes, Mania, Chirurgus, Apothecarius, Atheos, Lampas*, Eidololatria, *Eidolothyta, Enthyſiaſtes, Necromantia, Hecatombe, Sybilla, Autarchia, Sceptrum, Diadema*, Panoplia, *Synopſis, Chirotheca, Chaſma*, Abyſſus, Philautia, Parochia, *Eutropia, Euphues, Genealogia, Empiricus, Ars Architectonica, Ars Mechanica, Clepſydra*, Pædagogia, *Encomium, Homogenea, Heterogenea, Chronologia*, Phyſiognomia, *Mythologia, Philocoſmus, Theophilus, Microcoſmus, Anagramma, Brachygraphia, Paraſitus, Epithalamium*, Caremonia *Sycophanta, Litania*, Prœmium, Apothegma, Palinodia, *Paraſceue, Gigas, Genodochium*,

*chium*, *Typographus*, *Gymnaſium*, *Polygamia*, *Anomalon*. Pſalmodia, Pædagogus, Georgica. Gymnoſophiſtæ.

Hic jam ſpero (*optimæ ſpei Adoleſcentes*) ſatis à me vobis demonſtratum eſſe. Artem reperiri nullam, nullam ſcientiam animâ rationis participe dignam, ad quam neceſſariò (ut ita dicam) non conducat *græcæ linguæ* cognitio. Cum ergò vita humana anguſtis adeò coarctetur limitibus, ut longam omnium ſcientiarium ſeriem nequeat comprehendere; & cum fieri non poſſit, ut ſupremum quis omnium apicem attingat, uti annuente experientiâ, teſtatur noſter poeta:

(3.) *Iliad.* Δ (3. ἀλλ' οὔ πως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν.

Hoc ſaltem verbis meis concedite, ut in tantâ literarum varietate, quibus operam navatis, ſingulare quoddam ſtudium ponatis in *græcis literis* addiſcendis. Mementote etiam, quàm diligentiſſimis apud *Omnipotentem* agere precibus, (qui facilem ſine dubio ſe vobis præbebit:)

(4.) *Iliad.* I. (4.) ἐκ γὰρ τι λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο.

Vt ſtudia veſtra ita regat, ut tum in veſtrum, tum aliorum cedant emolumentum. Atque hic longæ hujus præfationis finis eſto.

*Veſtrûm obſervantiſſimus,*

A. R.

CLA-

[illegible] Hebr. Aleph, & nō ab ἄλφα [illegible] [illegible]
a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] q. sy
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] magis [illegible]
[illegible] α [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] inventa. & non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
modo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hanc [illegible] [illegible]
[illegible] à Cadmo [illegible] [illegible] [illegible] apud [illegible] [illegible]
[illegible] Phœnicis ἄλφα nominabant bovem, cui iuxta [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] loco. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] loco [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ἄλφα [illegible] [illegible] α. [illegible] ἄλφα pri-
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Martialis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ἀναλφάβητος [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] α vocabulis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] à vocali
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ἄξιος, ἀνάξιος [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ν non requirunt [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ο. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] graeca
[illegible] [illegible] barbara, à Phœnicibus [illegible]
[illegible] à μὴ εὖ [illegible] [illegible] [illegible]

ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] officio fungens
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vo-
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nō solum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut in [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] α [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] α [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
multitudinem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ut ἄξιος apud [illegible] [illegible] [illegible]
α [illegible] [illegible] apud Homerum [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] collectivum, [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] τυχεῖν.

# CLAVIS HOMERICA

## in A. Iliadis.

I'Λιάς. *Hoc opus appellatur, quia propter raptum Helenæ continet bellum apud Ilium inter Græcos & Trojanos.*

α. *id eſt, primus liber, nam 24. libri Iliadum inſcriptionem capiunt, à 24. literis græcis.*

ῥάπτω, ſuo, texo, & ᾠδὴ, canticum, ab ἀείδω: *hinc* ῥαψῳδία, ἡ, contextura carminum.

μῆνις, ἡ, ira permanens, à μένω, maneo; *hinc* μηνίζω, iraſcor, *cujus Atticum futurum* μηνιῶ.

ἀείδω, cano, *verbum poeticum, hinc barytonum* ᾄδω, *per contractionem, cujus imperfectum* ᾖδον, *Doricè* ᾄδον, ſic *Aoriſtus primus communiter* ᾖσα, *Doricè* ᾆσα. *fit ab* α *epitatico & verbo* εἴδω, ſcio, *quia hæc vox pertinet maximè ad Poetas, quibus multarum rerum cognitio attribuitur.*

θεὸς, Deus, à θέω, curro, *futurum* θεύσω, à θεύω, *dicitur à* θέω, *quia planetæ qui currebant, apud antiquos dicebantur dii.* vel à θεάω, intueor, contemplor,

Πηλεὺς, *genitivo* Πηλέος, ὁ, *ſed Ionicè* Πηλῆος, hinc Πηλείδης, ὁ, & α *interpoſito Poëticè hinc* Πηλεϊάδης, *ſed Ionicè*, εω, pro ου, *in genitivo.*

Οὐλομένος, pernicioſam vim habens, ab οὖλος, ὁ, pernicioſus, & μένος, τὸ, furor, vis, impetus. *vel ſiat Aoriſtus ſecundus Ionicè*, ab ὄλλυμι, *per protheſin*, τοῦ υ.

Μυρί', *pro* μυρία, *per Apoſtrophen.* à μυρίος, *numerum infinitum ſignificat*, vel ſexcenta.

ἄλγος, τὸ, dolor. *hinc* ἀλγέω, doleo. *ſit ab* ἀλέγω, *curo, ſolicitus ſum.*

ἔθηκε, *Aor.* 1. à τίθημι, θήσω, ἔθηκα.

πολὺς, *ſuos caſus ab antiquo* πολλὸς *capit, præter accuſativum ſingularem, & nominativum neutrum*, ſed πολλὸς *aliquando utuntur poëtæ.*

ἴφθιμος, fortis, *ab* ἶφι, *adverbium*, fortiter, & θυμὸς *quaſi* ἰφίθυμος, *per ſyncopen, & mutato* υ, *in* ι ſit ἴφθιμος, *Atticè* ὁ καὶ ἡ.

ψύχω, ſpiro, refrigero flatu. *hinc* à præterito *medio ſit*, ψυχὴ, animus, mens.

ἀΐς, ιδος, ἡ, tenebræ. ab α privativo, & Aoriſt. 2. *ἴδον poëticè.*

ἰάπτω, mitto, προϊάπτω, præmitto, ab ἵημι, mitto.

ἥρως, ωος, ὁ, accuſ. ἥρωα. & *Apocope* ἥρω, Heros, ſemideus, *qui reliquos virtute ita ſuperabat, ut Deus haberetur, apud Homerum tribuitur etiam ignobilioribus.* Odyſſ. 6. Venit ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, à virtute; quâ cæteris hominibus antecellit, vel ἀπὸ τῆς ἔρας, à terra, *quia tales fuerunt terreſtres dij.*

ἑλώριον, τὸ, præda, laceratio, *ab* αἱρέομαι. Aor. 2. ἑλόμην.

τυγχάνω, *venit*, à τύχω, & tempora ab illo ſumit. hinc Imperfectum τεῦχε, pro ἔτευχε; *ſignificat* ſum, facio, fabrifico.

κύνεσ,

κύων, ὁ, ἡ, Canis. *genit.* κύονος. *Syncope* κυνὸς *quod fit in cæteris caſibus*, fit *dativus poëtice*, à κύω diligo, quia canis eſt blandiens.

οἰωνὸς, ὁ, avis devorans. οἶσι, pro οἷς. *Attice, Ionice, Æolice.*

Ζεὺς, Iupiter, *genit.* Διὸς, à ζάω, vivo, *quia dat omnibus vitam.*

τελείω, *poëtice*, pro, τελέω, à τέλος, unde ἐτελείετο.

βουλὴ, voluntas, conſilium, *hinc* βούλομαι.

ἐξ οὗ, à quo tempore. ἐξ *ante vocalem*, ἐκ *ante conſonantem.*

δὴ *ſanè.* τὰ πρῶτα, primum.

διΐστημι, diſtinguo, ſeparo, diſſideo: à διὰ, & ἵστημι διαστήτην, pro διεστήτην, ab Aor. 2. ἔστην.

ἐρίζω, contendo. ab ἔρις, ἡ, contentio, hinc ἐρίσαντε, in dual. ἐρίσαντε.

ἄναξ, ὁ, rex, fit ab ἀνὰ, & ἀΐσσω, impetu feror, tranſeo. *quia rex cæteros ſuperat, cuius fœmin.* ἄνασσα regina. *hinc* ἀνάσσω rego.

ἀνὴρ, vir, genit. ἀνέρος. Syncope ἀνδρὸς ſumitur, δ, quia ν non ponitur ante ρ. fit ab ἀνύω perficio; *quia omnia viriliter perficit.* ab ἀνὴρ fit ἀνδρεία, ἡ, fortitudo, *quæ virum decet.*

καὶ &.

Δ genit. Διὸς, Iovis, fit adject. δῖος, divinus.

τίς, τί, τίνος, quiſnam.

τὲ & ἄρα *aliquando apoſtrophantur*, ut τ' ἄρ & expletivæ particulæ ſunt, ſed τὲ *ſæpe ſignificat*, &.

σφωὲ, & σφῶ, poët pro σφωέ.

ξυνέηκε, *Attice*, pro ξυνῆκε, pro συνῆκε, commiſi, à συνίημι, committo.

μάχομαι, pugno. *tempora ſumit* à μαχέομαι. μάχη pugna.

υἱὸς, ὁ, genit. υἱέος, & ſyncope υἱὸς, filius. ſic in cæteris in dat. plur. υἱάσι, pro υἱέσι, *quia* ει *non ſcribitur ante conſonantem*; υἷος, ὁ, idem.

γὰρ, nam.

βασιλῆι Ionicè pro βασιλεῖ à βασιλεύς, rex.

χολή, bilis; hinc χωλόομαι, iraſcor, contract. χολοῦμαι.

νοῦσος, ἡ, morbus. Ionic. pro νόσος.

ἀνὰ, per.

ϛρατὸς, ὁ, exercitus. hinc ϛρατεύω, exercitū gero.

ὄρω, excito, ſuſcito. futurum. ὀρῶ. ſed Æolic. ὄρσω, quod & fit in ὄρω, apto. ὦρσε. hic eſt aor. primus.

κακὸς, malus, ſegnis. *hinc κακόω. nam ab adject. in* ος, *ſic formantur verba in οω.*

ὄλλυμι, pereo. hinc ὀλέκομαι idem. *vox poetica.*

λᾶας, ὁ, lapis. *genit.* λάαος, *craſ.* λᾶς λᾶος. hinc ὁ λαός. populus. ut à genit. μάρτυρος fit ὁ μάρτυρος, teſtis. λαὸς, populus fit a λᾶας, lapis. *eò quod Poetæ fingunt poſt inundationem mundi populum iterum exortum ex projectione lapidum.*

οὕνεκα, pro οὗ ἕνεκα, quoniam.

ἀτιμάω, inhonoro. ex α privat. & τιμάω.

ἀρὰ, ἡ, nocumentum, imprecatio, preces, in bonam partem. hinc ἀρητὴρ, ὁ, Sacerdos, fit ab αἴρω, tollo. *tollunt enim manus in altum, dum precantur.* vel ab ἀρέσκω, placeo, *quia dicimur precibus Deo placere.* eſt etiam ἄρα, *adverbium expletivum, & ſæpiſſime vacat; interdum,* forte, niſi, *aliquando eſt* interrogativum, utrum? an? pro ἄρα adverbio, *dicitur apud Poetas* ἄρ & ῥα, ablato α *in fine, vel in principio.*

ἔρχομαι, futurum, ἐλεύσομαι. Aoriſt. 2. ἤλυθον, ſyncope ἦλθον.

θοὸς, velox, a θέω, curro.

ἐπὶ. ad.

ναῦς, ἡ, ναὸς, navis, Ionicè νηῦς, *Accuſat.* { νέα, νῆα, νῆα, ναῦν, νηῦν.

λύω, λύσω, libero.

θυγάτηρ, ἡ, ἔρος, & ſyncope τρὸς. filia. accuſat. θύγατρα, *tantum poeticè.*

εἴρω

φέρω, fero.

πεῖραρ, τὸ, terminus, limes. πέρας idem. hinc περαίνω, termino, concludo à priori cum α privativo fit ἄπειρος, indeterminatus, indefinitus; a quo fit ἀπερείσιος, ſed metatheſi, ἀπερείσιος: hinc περάω, tranſeo, ſed περῶ, tranſigo, item tranſeo. Sed πειράω, tento, conor, experior, a πεῖρα, ἡ, conatus, experientia.

ἄποινον, τὸ, pretium redemptionis, a ποινὴ poena, & α privat.

στέφω, corono. hinc στέμμα, τὸ, corona.

χείρ, χειρὸς, ἡ, manus, poeticè χερὸς. Sic in cæteris caſibus.

ἔχω, habeo.

ἕκας, longè, & βάλλω, mitto, ferio. hinc fit ἑκηβόλος, longè jaculans.

ἀπόλλυμι, pereo. hinc Ἀπόλλων, qui Pythonem interfecit. hoc eſt, quia ſol diſſolvit vapores.

ἀνὰ, præpoſitio ſignificans, cum regit dativum caſum.

χρύσεος, εα, εον. Sed craſi. οῦς, ῆ, οῦν. a χρυσὸς, ὁ, vel χρυσίον, τὸ, idem. aurum.

σκήπτω, innitor. hinc σκῆπτρον, τὸ, baculus, ſceptrum.

λίσσομαι, ſupplex oro. Fut. 1. λίσομαι per ſimplex σ.

πᾶς, πᾶσα, πᾶν, G. παντὸς omnis.

μάλιστα maxime, adverb. ſuper. grad. à μάλα multum.

δύω poeticè, pro δύο: δύο autem G. & D. δυοῖν, & δυεῖν, Fœm. δυεῖν, &c.

κόσμος, ὁ, ornatus, ordo, modus, ratio, diſciplina, laus, & mundus, propter ornatum. hinc κοσμέω, orno, ordine diſpono. hinc κοσμήτωρ, ὁ, honoratus, princeps.

ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, alius.

ἀφίει

κνήμη, tibia, hinc κνημὶς, ocrea. hinc cum ευ, ἐϋκνήμις, ὁ, ἡ, benè ocreatus, & *diæreſi poetica ἐϋ hic uſurpatur ab Homero per Synecdochen.*

μὲν, quidem.

δοῖεν pro δοίησαν, fit δοῖεν Bœoticè, & Æolicè. eſt 3. pluralis aor. 2. act. optativi δοίην. ab δίδωμι aor. 2. Indic.

ὄλυμπος, ὁ, Mons Olympicus, & *propter altitudinem,* cœlum. fit quaſi ab ὅλος, & λάμπω, ὁ, lumen, dicitur Ionicè, οὔλυμπος: hinc poſſeſſ. ὀλύμπιος, cœleſtis.

δέμω, extruo. præteritum med. δέδομα. *hinc* δώμημα, & ſyncope δῶμα, τὸ, & per Apocopen δῶ, indeclinabile.

ἐκπέρθω, devaſto, ἐκπέρσω. Aor. 2. ἐξέπραθον, per metatheſin, pro ἔπαρθον.

πόλις, πόλεως, ἡ, urbs.

εὖ, fœliciter.

οἶκος, ὁ, domus. *hinc adverbium* οἴκαδε, & οἶκόνδε, domum.

ἱκνέομαι, *tempora ſumit* ab ἵκομαι. hinc Aor. 2. med. ἱκόμην.

παῖς, παιδὸς, ὁ, & ἡ, puer, vel puella.

φίλος, charus.

ἄποινον, τὸ, pretium liberationis ab α, priv. & ποινὴ, pœna.

δέχομαι, accipio, Fut. δέξομαι. Perf. δέδοχα. Perf. paſſ. δέδεγμαι.

ἅζω, & ἅζομαι, cum reverentiâ timeo. ἄζω, *cum leni accentu, ſicco, areſacio.*

ἔπειτα pro εἶτα, tunc.

ἐπευφήμησαν. 3. plur. Aor. 1. φήμη, fama, vel rumor, à φημὶ, dico, celebro, commemoro. hinc εὔφημος, laudatus, & εὐφημέω, laudo, approbo.

αἰδὼς, ἡ, pudor, reverentia. hinc αἰδέομαι, revereor,

reor, veneror, erubeſco, admiror. θ' pro τὶ, & τὸ autem apoſtrophatur, & τ' mutantur in θ' ſequenti vocal. aſpirat.

ἱερὸς, ὁ, ſanctus: hinc ἱερεὺς, ὁ, Sacerdos: hinc ἱέρεια, ἡ, & ἱερεύω, ſacrifico. δέχθαι pro δεδέχθαι.

ἀγάλλω, orno: hinc per metatheſin ἀγλαὸς, ſplendidus, ab ἀγάλλω, ἄγαλμα, τὸ, ſtatua, ſimulachrum.

ἀγάλλομαι, geſtio, exulto.

ἀνδάνω, *poeticè* ab ἅδω, placeo, *præt. med.* ἧδα. & *poet.* ἕαδα.

θυμὸς, propriè animus iratus à θύω, idem quod θύνω. θύνω, propero, curro, cum impetu eo. Sed θύω, *aliquando eſt* ſacrifico, macto, furore concitus ſum.

κακῶς, inciviliter à κακὸς, malus.

ἀφίει, 3. Imper. Ind. ἵεε, contract ἵει, ab ἀφίημι, quod eſt ab ἵεω.

κράτος, τὸ, victoria, hinc κρατερὸς, fortis, durus, vehemens, minax, à *priori fit* κρατέω, imperium teneo, vinco, ſum ſuperior.

τέλλω, mando, à ςέλλω, *auferendo* σ. per *Aphæreſin. ſejungitur à præpoſitione* ἐπὶ, *metri gratia*, per tmeſin, quæ apud *Homerum* eſt maximè frequens.

μῦθος, ὁ, primum quæcunque oratio fuit, dein, pro fabulâ tantum ſumitur.

μὴ, non.

γέρων, ὁ, ſenex, vocat. ὦ γέρον, hinc γηράω, à *cujus futuro*, fit γηράσκω. idem.

κοίλῃσιν, pro κοίλαις, Ionice.

κοῖλος, ὁ, concavus, *ſic dicitur* cœlum *ob concavitatem*, hinc κοιλία, ἡ, venter, *ob eandem cauſam*.

παρὰ, apud.

νῦν, nunc. ὕστερον, poſt, à ὕστερος, poſterior.

κιχέω, invenio, & *poet.* κιχείω.

Δηθύνω, tardo, à δηθὰ, frequenter, vel à δὴν, diu.

αὖθις, rurſus, pro αὖ, rurſus, idem αὖτις, ut hîc.

νὺ, dictio inclytica, & expletiva, quæ otioſa eſt.

τοί, *Dor.* pro σοί. τοί, cum ſit adverbium, nunc affirmat, nunc redundat. Cum affirmat, ſignificat quidem. hinc καίτοι, equidem. ἤτοι, ſive.

μὴ, & οὐ. duæ negationes apud græcos vehementer negant.

χραίσμη, auxilium, à χράομαι, utor. *à priori fit* χραισμέω, adjuvo.

σὸς, tuus, a σύ, tu. πρὶν, priuſquam.

ἠὲ, pro ἤ. vel, *Item.* niſi, an, quam.

μὶν, pro ἓ Doricè. ab inuſitato ἵ præpoſito μ. & addito ν. *eſt omnis numeri & generis, ſignificans* ipſum ipſam ipſos ipſas ipſa.

γῆρας, τὸ, ατος, ſenectus, quint. declinat contractorum, ſed γέρας, τὸ, præmium, honor.

εἶμι, vado, tertia perſona ſingular. εἶσι.

ἡμέτερος, noſter, ab ἡμεῖς.

ἐνὶ, pro ἐν, poeticè in, ſic νυνὶ pro νῦν.

οἶκος, ὁ, domus.

τῆλοθι, procul, *regit genit.* à τῆλε, procul.

πάτρη, hinc πάτρα, ἡ, patria.

ἵστημι, ſto, ſtatuo, hinc ἱστὸς, tela.

οἴχομαι, eo, proficiſcor, *tempora ſumit* ab οἰχέομαι. præt. ᾤχηκα. ſed *Atticè,* ᾤχωκα, *verſo η* in ω. hinc ἐποίχομαι, percurro.

ἐμὸς, ab ἐμοῦ, meus.

λέχομαι, cubo, dormio. λέχω, dormire facio. Hinc λέχος, τὸ, lectum, & ἄλοχος, ἡ, conjux, ubi α idem quod σύν.

ἀντιάω, obviam eo, repugno, inſtruo, participo, ἀντιόωσα, ſed poeticè ἀντιόωσαν, ab ἀντί.

ἐρεθίζω, irrito, exſuſcito, ab ἔρις, contentio.

ἀλλ', pro ἀλλὰ, ſed.

Ἴθι præſ. imp. ab εἶμι, vado. ὡς, ut. καὶ, expletio.

σαῶ͂ς, ſalvus, *comparat.* σαώτερος, *pro poſitivo, Attice,* à σόω, ſervo.

νέομαι, neo, nato, vado, redeo, ut hic. fut. νέομαι. ſed νεύω, nuo, fut. νεύσω. νέηαι, Ionica paragoge pro νέῃ, 2. per. præſent. ſub.

φημὶ, Aor. 2. ἔφαμην.

δείδω, timeo. Fut. δείσω, Perf. δέδεικα, *Med.* δέδοικα, pro δέδοιδα, euphoniæ gratia. Poet. δείδοικα: etiam δέδια Poet. δείδια.

πείθω, perſuadeo, morem gero. πείθομαι, perſuadeor, ideoque obtempero. eſt etiam credo. Hinc πειθὼ, ἡ, ut λητὼ, perſuaſio, obedientia.

βῆ, pro ἔβη, 3. ſing. aor. 2. verbi βαίνω, tanquam a βάω.

χάσκω, hio, debiſco, tempora ſumit a χαίνω, hinc ἀκὴν cum α privat. hinc ἀκέων, tacitè, ne hiſcendo quidem.

παρὰ, juxta.

θὶν, θινὸς, ὁ, καὶ ἡ. propriè cumulus frumenti. Item cumulus arenæ in littore, vel ipſum littus. venit a θείνω, ferio, *quia littus fluctibus feritur.* θείνω, eſt ferio, percutio, ſtimulo.

πολύφλοισβος, ὁ, magnum ſtrepitum faciens, a πολὺς, & φλοῖσβος, ὁ, ſtrepor maris, *ob onomatopoiam.*

ἅλς, ἁλὸς, ἡ, mare. hinc θάλασσα, ἡ, idem per pleonaſmum τοῦ θ. *ſed* ὁ ἅλς, ἁλὸς. ſal.

ἔπειτ' pro ἔπειτα poſtquam, ab ἐπεὶ, idem.

ἄνευ, ſine. hinc ἀπάνευθε procul.

εἶμι, vado hinc *participium*, aoriſt. β. ἰών. & *præpoſito* κ, fit κιών, idem. vel fit a κίω, vado, progredior, accedo.

ἀράομαι, deprecor, aliquando in bonam partem precor, ab ἀρά, ἡ, preces. hic ἠρᾶθ' pro ἠρᾶτο, vel eſt imperf.

imperf. ἠράετο, ἠρᾶτο, at aor. α. med. ἠρησάμην, ἠράμην, Syncop. hinc ἠρᾶθ'.

γεραιὸς, ὁ, ſenex, a γέρων, idem. compar. γεραίτερος, Sup. γεραίτατος.

τὸν, pro ὃν, quem.

κόμη, ceſaries, a κοσμέω, orno. hinc εὔκομος, bene comatus, pulcher, per diæreſin ἠΰκομος, ὁ καὶ ἡ.

τίκε pro ἔτικε, aor. 2. a τίκτω, pario, ſumens tempora à τίκω.

κλύω, audio. hinc κλῦμι, inde κλῦθι in Imperat. μεῦ pro μοῦ, Doricè.

ἀργυρότοξος, arcum argenteum habens, ab ἄργυρος, ὁ, hinc ἀργύρεος, craſi, ἀργυροῦς, ὁ. & τόξον, τὸ, arcus.

ἀμφιβαίνω, circumeo, luſtro, protego, ab ἀμφὶ, circum, & βαίνω, βήσομαι, βέβηκα, gradior.

ζάθεος, ὁ, ἡ, valdè divinus, inclytus, a ζα particulâ augmentativâ, & θεὸς, Deus.

ἶφι, fortiter, ab ἲς, ἡ, genit. ἰνὸς, fibra, in quâ maximè vis corporis ineſt, & per conſequens, robur.

σμινθεὺς, dictus Apollo a Cretenſibus qui oraculi monitu ſedes fixerunt in Troade, ubi γηγενεῖς, non gigantes, ſed mures repetiti qui lingua Cretenſium σμίνθοι dicuntur.

εἴ ποτε, ſi quando.

χαρίεις, ὁ, gratioſus, a χάρις, ἡ, gratia, benevolentia, hinc χαρίζομαι, gratificor, obſequor, beneficium confero.

ναὸς, ὁ, templum, ſed Atticè νεὼς, hinc νηὸς, Ion.

ἐρέφω, tectum impono, tego. ἔρεψα, aor. 1.

πίων, ὁ, ἡ, pinguis.

μείρω, divido, præt. μέμυρκα, Æolicè, pro μέμαρκα. hinc μέρος, τὸ, pars, a quo μηρὸς, ὁ, femur, & hinc μηρίον, τὸ, idem, eò quòd corpus in femore dividi incipit.

καίω, accendo, inflammo, tempora ſumit à καύω, idem habet alium aoriſt. 1. a κάω, quod eſt ἔκηα, abjiciendo σ. & 2. ἔκαον. ταῦρος, ὁ, taurus.

αἶξ, αἰγὸς, ἡ, capra.

κραιαίνω, ſyncope κραίνω, perficio, fut. κρανῶ. ἔκρηνα, Aor. 1. per pleonaſ. poeticum ἐκρήηνα.

ἐέλδωρ, τὸ, deſiderium, votum, ab ἔλδομαι, deſidero, & *pleonaſmo* τ8 ε ἐέλδομαι.

τίω, pendo, ulciſcor, honoro. τίσεια Aor. 1. Æol. opt. pro τίσαιμι.

δάκρυ, τὸ, υος, lachryma.

ἀδάκνω, mordeo, quia quaſi commorſo corde lachrymæ effunduntur.

βέλος, τὸ, telum, quod mittitur, a βάλλω, mitto, ferio, jaculor.

εὔχομαι, precor. hinc εὐχὴ, preces.

φοῖβος, ὁ, purus, clarus, lucidus, *ideoque ſol dicitur* φοῖβος.

βῆ δὲ κατ', pro κατέβη, deſcendit.

κάρηνον, τὸ, caput, faſtigium montis, ut hic. Sed per Apocopen, κάρα, idem, & Ionicè, κάρη.

χολὴ, bilis. hinc χολόω, iraſcor, & eliſo λ, & *duobus ο in ω mutatis*, χώω.

τὸ κῆρ *contractum ex* κέαρ cor. κὴρ, κηρὸς, ἡ, ſors, fatum, plerumque in malam partem.

τόξ' pro τόξα, per *Apoſtrophen*.

ὦμος, ὁ, *humerus*, & ὠμὸς, ὁ, crudus.

ἀμφηρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, undique tectus, ε pro η, Ionicè ab ἀμφὶ & ἐρέφω, tego.

φαρέτρα, ἡ, *Ionicè*, τρη, pharetra.

κλάγγω, ſono, *vox ob onomatopœian, verbum poeticum*: hinc κλάζω, idem, & tempora ab illo ſumit. Fut. κεκλάξω, *cum reduplicatione Ionica*.

οἴω, fero, fut. οἴσω, οἰστέος, ferendus, *hinc* οἰστὸς, ὁ, telum, quod feratur cum impetu. ὀπὶ, [illegible]

κινέω, moveo.

εἶμι, vado, *præteritum med.* εἶα. a quo ἦα, & ἤϊα, ſolutione Ionica.

νὺξ, ἡ, genit. νυκτὸς *per pleonaſ.* τοῦ τ. hinc νύχος, ου, τὸ, tenebræ.

ἐοικὼς ſimilis, part. perf. med. ab ἔοικα, quod eſt ab εἴκω.

ἕζω, ſedeo, ſedere facio, colloco.

νεῶν atticè, pro ναῶν.

ἰὸς. ὁ, jaculum, ab ἵημι, mitto.

μεθ' ἧκε pro μεθῆκε aor. 1. μεθίημι.

δέος, τὸ, timor, hinc δεινὸς, ὁ, gravis, horribilis, *pro quo aliquando utitur Homerus,* δειὸς, abſque ν.

κλαγγὴ, ſtrepor, ab Aoriſt. 2. med. τοῦ κλάγγω.

γένετ' pro ἐγένετο, ab Aor. 2. ἐγενόμην, quod eſt a γίνομαι, ſum.

βία, ἡ, vis. hinc fit βιὸς, ὁ, arcus, nervus. βίος paroxyt. vita.

οὐρεὺς, ὁ, mulus, Ionicè pro ὀρεὺς, quod eſt, ab ὄρος, τὸ, mons, quod hoc animal ad opera montana ſit præ cæteris idoneum: ὅρος, terminus.

ἐποίχομαι, eo adverſum, invado, ab ἐπὶ & οἴχομαι, eo.

ἀργὸς, ὁ, velox, per antiphraſin, nam propriè tardus ſignificat, albus. hinc ἀργύριον, τὸ, argentum, *quod album eſt,* & ab ἀργὸς, tardus, fit ἀργία, ἡ, otium, ab *α privat.* & ἔργον, τὸ.

αὐτὰρ, *poetica vox,* ſed, dein, poſtquam, ab ἀτὰρ idem, interjecto *υ*. ſed ἄτερ, ſine, abſque, hinc ἄτερθε & ἄτερθεν, idem.

ἐχεπευκὴς, ὁ, ἡ, amarus, hic mortifer ab ἔχω, & πευκη, amaritudo, ſed propriè picea arbor.

αἰεὶ, ſemper. & *epentheſi,* τοῦ ι αἰεὶ. αἰὲν, ante vocalem, hinc αἴδιος ſempiternus.

πυρὰ, ἡ, rogus, a πῦρ, τὸ, ignis,

νεκρ

νηκηρὸς, ὁ, inanimis, mortuus, a νε privat, & κῆρ, τὸ, cor, *quaſi non habens cor*, νέκυς, ὁ, idem.

θαμέος, ὁ, frequens, & θαμινὸς à θαμὰ, adverb. crebrò, frequenter.

ἐννῆμαρ, per novem dies, adverbium ab ἐννέα, novem, & ἦμαρ, τὸ, dies.

ξύλον, τὸ, lignum. hinc ξῦλον, ligneum telum.

δέκατος, ὁ, decimus, à δέκα, decem.

ἀγείρω, congrego, fut. ερῶ. hinc ἀγορὰ, ἡ, forum, concio in foro, cœtus. ἀγορήνδε, ad forum, *adverb.*

καλέσατο, pro ἐκαλέσατο, quia καλέω, *efficit in futuro*, έσω, & έσσω.

φρὴν, ενὸς, ἡ, animus, intelligentia, hinc φρονέω, ſapio, intelligo.

λευκώλενος, ὁ, ἡ, alba brachia habens, à λευκὸς, ὁ, albus, & ὠλένη, brachium.

κήδομαι, curo, ango. *hinc* κῆδος, τὸ, cura, moleſtia, ſepulchrum, affinitas. *hinc* κηδεύω, funero, curam funeris gero; & κηδεστὴς, ὁ, affinitate conjunctus.

θνήσκω, morior, μελ. θανοῦμαι. præt. τέθνηκα, à θνάω, & *Ionicè* τέθνηκα. hinc θνητὸς, mortalis.

ὁρᾶτο, pro ὡράετο, ab ὁράω, video.

ἐπεὶ, cùm, quoniam.

ἠγερέθοντο, pro ἠγέρθησαν, *Bœoticè & Æolic.* ab ἀγείρω, congrego. ὁμήγυρις, ab ὁμοῦ & ἀγείρω.

πνὺς, ὁ, genit. πυκνὸς, abjecto υ, vocat. ὦ πνὺς, non πνυ. *dativus plural.* πυσὶ, non πνυσὶ.

ὠκὺς, ὁ, velox, hinc ὠκεανὸς, ὁ, mare, Oceanus, *propter velocitatem undarum.*

ἄμμε, pro νῶ. *Æolic. & Doricè.*

παλιμπλαγχθεὶς, aor. 1. par. paſſivi παλιμπλάζομαι, item aberro, quod à πάλιν, iterum, & πλάζω, errare facio, ſeduco. ομαι, vagor, erro, *tempora ſumit à* πλάγγω.

οἴομαι, puto, ſyncope, οἶμαι. *tempora ſumit* ab οἰέομαι, ὀΐω apud Poetas pro οἶμαι.

ἄψ, adverbium poeticum, iterum, retro.

νόστος, reditus, hinc νοστέω, redeo.

κὲν, *particula poetica, idem* ſignificans, *quod in proſâ,* ἂν *potentiale,* ſequente vocali ſcribitur cum ν, alias κὲ, aliquando κὲ, vel κὲν ſignificat δὴ.

πόλεμος, bellum.

δαμάω, ſubigo, domo, occido. δαμάζω, idem.

λοιμὸς, ὁ, peſtis, contagium. λοιγὸς, ὁ, exitium.

λιμὸς, fames.

ἄγε, adverb. hortantis, age: ab Imper. verbi ἄγω.

τὶς, τινὸς, aliquis.

ἐρείομεν, epenthesis pro ἐρέομεν, metri etiam cauſa ponitur ο pro ω, debuit enim eſſe ἐρείωμεν in Sub. Plurali.

μάντις, ὁ, genit. ιος, vates, à μαίνομαι, furor, *quia divino furore arreptus eſt.* hinc μαντεύομαι, vaticinor.

- ἡ *Articulus præpoſ.*
- ἥ *Artic. ſubjunct.*
- ἢ vel, alioqui, an, quam, niſi, quod, hinc, ἠὲ, *idem poet.*
- ἧ *Cui.* item. *miſerit*, ab ἵημι. *aor. 2. ſubjunctivum* quomodo, unde, quatenus.
- ᾖ fit. *ſubjunct.* ab εἰμὶ, ſum.
- ἧκε miſit, aor. 2. ab ἵημι. mitto.
- ἦ dixit, à φημὶ, *per Aphæreſin* pro φῆ, eſt etiam imperfectum ab εἰμὶ, ſum, & *eſt adverbium,* certè, num.

- ᾧ cui, quatenus, quomodo, quamobrem.
- ὦ ſim, ab εἰμὶ, ſum.
- ὧ miſerim, ab ἵημι.
- ὦ *vocat. o.*
- ὤ *maſculinum duale,* ab ὃς, ἣ, ὃ, vel *neutrum duale,* ab eodem.

ὄυδ

ὀνειροπόλος, ὁ, per ſomnum vaticinans, ab ὄνειρος, ὁ, ſomnus, quod ab ὄναρ, indeclinabili, & πολέω, verſor. Sed πωλέω, vendo.

ἔπω, dico, aor. 1. εἶπα, 2. εἶπον, unde εἶποι.

ὅτε, quando, quum, aliquando, *item*, pro ὅστις, qui. ὅτι, quod *adverbium*, ſed, ὅ, τι, pronomen ab ὅστις.

τόσος, ὁ, tantus, cui reſpondet ὅσος, quantus, *geminatur σ Dorice, hinc* τόσσος, ſic ὅττι pro ὅτι, hic adverbium eſt.

εὐχωλὴ, votum, ab εὔχομαι, precor.

μέμφομαι, incuſo, accuſo.

ἑκατόμβη, ſacrificium centum boum, ab ἑκατὸν, centum, & βοῦς, ὁ, ἡ, bos.

αἴκεν pro εἴκε, *Dorice*, adverb. ſi, αἰ pro εἰ.

πῶς, forte.

ἄρς, ἀρνὸς, ὁ καὶ ἡ, agnus. vel ἀρὴν, ἀρένος, per Syncop. ἀρνὸς.

κνίσση, ἡ, nidor, uſtura carnium, item pinguedo arvina, vel adeps. fumus ex ſacrificio.

ἀντιάσαι, aor. 1. partic. ἀντιάω, de quo ſupra.

ἀμύνω, auxilium fero, defendo, depello, ἀμῦναι, aor. 1. infin.

ἤτοι, certe, quidem.

νέστωρ, ὁ, hinc νεστωρείδης.

οἰωνοπόλος, ὁ, vates per cantum avium, ab οἰωνὸς, avis, & πολέω, verſor.

ὄχα, præ cæteris, longè, ponitur cum ſuperlativo, ab ἔχω, pro quo frequenter uſurpatur ἔξοχα.

ἄριστος, ὁ, *ſuperlat.* ab ἀγαθὸς, ab ἄρης, ὁ, Mars. hinc ἄειστος, *propriè, qui gerit ſe optimè in bello.* Sic κακὸς, qui ignavus eſt in bello.

ἤδειν, & ᾔδη *plusquamperfect. Attic.*

ἐὼν, *Ionic.* pro ὤν, ab εἰμὶ, ſum.

πρὸ, ante.

ἐύσσελμος, ὁ, *poeticè, geminato σ.*

ἡγέομαι, præſum, pluris facio, puto, hinc ἡγεμὼν, ὁ, ἡ, dux, princeps. ἡγησάμην, aor. 1.

εἴσω, pro εἰς, *poetice, additur* ω, ut non ſolum ſignificet ad, ſed etiam intro, regit accuſativum.

ὅς, ἥ, ὅν, ſuus, poſſeſ. ab ἕ, ſui.

διὰ, propter.

μάντις, vates. *hinc* μαντοσύνη, vaticinium.

ἥν, *accuſ. ſing. pronominis poſſeſ.* 3. *perſonæ*, ὅς, ἥ, ὅν, ſuus, ſua, ſuum, *dativus*, οἷ, ab οὗ ſui, *ponitur* pro αὐτῷ.

πορέω, do, præbeo, *hinc* πορίζω, aditum facio, comparo, acquiro. πόρε pro ἔπορε, aor. 2.

σφὶν, *per Apocopen*, & per *Aphæreſin*, φὶν, *pro* σφίσι.

εὐφρονέω, ſapio, intelligo, *quod ab* εὖ, bene, & φρὴν, ἡ, animus, præcordia, *à priori fit*, εὔφρων, ὁ, ἡ, *per effectum*, lætus, hilaris, hinc εὐφραίνω, delecto, lætifico.

ἀγοράομαι, concionor, ἀγορεύσομαι, ab ἀγορὰ, forum.

κέλομαι poeticum verbum, jubeo, hortor. fut. κελήσομαι, tanquam a κελέομαι, κέλεαι, ſecunda perſona Ionic.

μυθέω, loqui a μῦθος verbum de quo ante.

ἑκατηβολέτης, ὁ, eminus jaculans, pro ἑκηβόλος, idem. *αο* pro ου Æolice in genitivo, ab ἑκὰς, procul, & βολὴ, jactus.

τοὶ γὰρ, enim; igitur τοὶ, *expletivum, ſæpiſſime jungitur, & annectitur adverbiis vel conjunctionibus, ornatus tantum gratia*, καίτοι, quamvis, ἤτοι, ſive.

ἐγώνη. *Dor.* & ἐγὼν *Æolic.* pro ἐγώ.

ἐρέω, dico, ab εἴρω, idem.

σύνθεο, aor. 2. Imp. medij συντίθημι, compono, *Attic.* σύνθου, pro σύνθεσο, & diſſolvendo ου in εο, Ion. σύνθεο.

ὀμνύω, & ὄμνυμι. Fut. ὀμόσω, ab ὀμόω, juro, *à quo & tempora ſumit*, ὄμοσσαν pro ὄμοσαν.

ἦ μὲν, certè, omninò, *cui reſpondet* ἢ δὴ, idem.

ὡς

πρόφρων, ὁ, ἡ, promptus, benevolus, a πρὸ, & φρὴν.

ἔπος, τὸ, verbum, dictum, a verbo ἔπω.

ἀρήγω, iuvo, auxilior. fut. ἀρήξω.

μέγα, neutrum genus, μέγας, μεγάλη: hic vero ponitur adverbialiter pro μεγάλως.

κρατέω, dominor, a κράτος, τὸ, potentia.

κρείσσων vel κρείττων, potentior, a κράτος, potentia.

χερείων, *comparat.* pro χείρων, pejor, a κακὸς, *poeticum eſt*, & in *quibuſdam caſibus vertit ει in η*, ſublato ον· ſic χέρηι. dativus pro χερείονι, ut & in Accuſ. & Nom. Plur.

περ, *particula expletiva.* hinc καίπερ, quamvis, *nam ſæpe ſignificat*, quamvis, & *ſæpe vacat, interdum reſpondet latinæ particulæ* cunque.

γὲ, *ſyllabica adjectio*, ſignificat, quidem, certè, ſaltem: *eſt etiam particula expletiva*, & vacat, *præcipuè, cum jungitur aliis vocabulis.*

αὐτῆμαρ, eodem die, ab αὐτὸς & ἦμαρ, τὸ, dies.

πέπτω, coquo, *propriè, ſed hic metaphoricè ſumitur.*

ὀπίσω, poſt, hinc μετόπισθε, &, θεν, retro, poſt.

κότος, ὁ, odium inveteratum. a κεῖμαι, jaceo, a κότος, *ſit κοτέω*, iraſcor.

ὄφρα, donec, ut cui *reſpondet*, τόφρα, tamdiu.

τελέω, finio, perficio, abſolvo. τελέσω, a τέλος, finis.

στῆθος, τὸ, pectus. g. εος.

ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, pro ὃς, ἣ, ὄν. ſuus, ſua, ſuum.

σαόω, & σόω, ſervo, *ſed poeticè*, σαώζω.

ἀμείβω, commuto, permuto, idem paſſivum, ἀμείβομαι. Item reſpondeo, *ſæpè apud Homerum.*

θαρσέω, audax ſum, *Attic.* θαῤῥέω.

θεοπρόπιον, vel θεοπροπία prædictio divina, θεοπρεπὴς, ὁ, ἡ, Deum decens, a quo & θεοπροπέω, a θεὸς,

θεὸς, & πρέπω. alii παρὰ τὸ θεόθεν προσῆπειν.

οἴδαθα, *Æolicè*, οἶσθα per *ſyncopen*. pro οἶδας perf. τῦ εἴδομαι.

μὰ, *adverbium jurandi: ſignificat* per, *negativè* capitur. Sic νὴ, idem, ſed affirmativè. eſt etiam νὴ, *particula negat.*

ἀναφαίνω, oſtendo, à φαίνω, apparere facio, φαίνομαι, appareo.

οὐ, οὔτις, nullus, *valdè negant duæ negationes apud græcos.*

ἐμεῦ, *Doricè* pro ἐμῦ.

ζάω, vivo, ζῆν pro ζᾶν, *Doricè*.

χθὼν, ονὸς, ἡ. terra.

δέρκω, video, Aoriſt. β. ἔδαρκον, & *metatheſi* ἔδρακον. Sic δέδορκα in *præterit. med.* pro δέδορκα.

βαρὺς, græcis βαρεῖα, βαρύ.

ἐποίσει. 1. Fut. ab ἐπὶ & φέρω, φέρω, οἴσω, Præt. ἐνήνοχα, Aor. 1. ἤνεγκα. 2. ἤνεγκον.

σύμπας, ὁ, omnis, ν *vertitur in* μ, *ob euphoniam.*

πολλὸν, longe, pro πολὺ poët. *ſive adverb. ſive nomen.*

εὔχομαι, precor, vota facio, glorior, jacto.

αὐδὴ, dictio, vox, ab αὔω, clamo, reſono, incendo. hinc αὐδάω, loquor, dico, & αὐδάομαι, *idem*, ηὔδα. Imperf. indicat.

μῶμος, ὁ, dedecus, infamia, irriſor, reprehenſor, hinc, Deus reprehenſionis. hinc μωμάομαι, reprehendo. hinc *cum* α *privat.* & ω *verſo* in υ fit ἀμύμων, ὁ, ἡ, irreprehenſibilis.

οὔτ᾽. ἄρ᾽, ὄγ. δ᾽. *pro* οὔτε, ἄρα, ὄγε, δέ.

δέχομαι, ſumo, admitto, probo, Ionicè δέκομαι.

τοὔνεκ᾽, pro τῦ ἕνεκα.

δίδωμι, do, δώσω. Præt. δέδωκα, Aor. 1. ἔδωκα, &c.

ἔτι, adhuc.

ἔχω, μελ. ἕξω, cum aſpero ſpiritu, ut *differat ab* ἔξω,

ἔξω, *adverb. extra.*

πρὶν, prius, antea, *regit. infinit. & Indicat. uſitatiſſimum eſt*, πρὶν ἢ, priuſquam.

δόμεναι Doricè, pro δοῦναι.

ἑλικῶπις, ιδος, ὁ. ἡ, oculos volubiles habens, ab ἑλικὸς, volubilis, ab ἑλίσσω, verto, volvo, circumago, implico, ὤψ, ὁ, oculus, facies, vultus, ab ὄπτομαι, video, ſed ὄψ, ἡ, vox, ab ἔπω, dico, alii derivant ab ἑλικὸς, niger.

κόρος, ὁ, juvenis, puer, *Ionic.* κοῦρος. ut νοῦσος, hinc κούρη, puella.

ἀπριάτην, *adverb.* non redemptè. *hic tamen adjectivum eſt*, ab α privat. & πριάομαι, *ſeu potius* πρίαμαι, emo, redimo; hinc *dicitur Priamus, quia cum apud hoſtes ſuos fuerat captus, pecunia redemptus erat.*

ἀνάποινος, ſine pretio, ex α privat. & ἄποινον, pretium redemptionis, *inſeritur ν.*

ἄγω, duco.

ἐς, Poetice, & Attic. pro εἰς.

ἱλάομαι, propitio, placeo. hinc ἱλάσκω, *idem.* ἱλασσάμενος. aor. 1. part. medii.

πέπιθον, cum reduplicatione Ionica, pro ἔπιθον, πεπίθοιμεν. aor. 2. act. optat. pro πίθοιμεν. a πείθω, perſuadeo.

εὐρυκρείων, ὁ, late imperans, ab εὐρὺς, ὁ, latus, & κρείων, regnator, quod eſt a κραίνω, impero.

ἄχνυμαι, doleo, ab ἄχος, τὸ, dolor, mœror.

μέλας, ὁ, niger, αινα, αν. φρὴν, pars viſcerum quæ diaphragma dicitur.

πίμπλημι, impleo, a πλήθω, idem eſt, *verbum in* μι, *cum reduplicatione* πλείω, a πίπλημι, inſerto μ. fit πίμπλημι, πίμπλαντο, 3. plur. imperf. a πίμπλαμαι. Eſt etiam πλῆμι, *abſque reduplicatione*, a πλέος, plenus.

ὄσσος, ου, oculus, *in duali*, ὄσσε, & *Apocop.* ὄσσ.

vel

vel fiat ὄσσε, pro ὄσσω, *tertiæ declinat. ſimplicium per Metaplaſmum*, ab ὄσσομαι, video, quod eſt pro ὄπτομαι per Æolicam mutationem, illi enim quædam in πτω ſcribunt per σσω.

λαμπετάω, luceo, a λαμπάς, άδος, lampas, λαμπετόωντι pleonaſ. pro λαμπετῶντι.

εἴκω, aſſimulor, cedo, obedio, *imperf.* εἶκον, *tertia dual.* εἰκέτην, *ſyncope* εἴκτην, & *ſoluto diphthongo.* ἐΐκτην. hinc εἰκών, ἡ, imago.

πρώτιστος, ὁ, ſuperlat. a πρῶτος, *nam græci aliquando derivant ſuperlativa à ſuperlativis*; πρῶτος fit a πρότατος, *eliſo* τ. *factaque craſ.*

ἔειπα, Atticè pro εἶπα, ut ἑώργεια pro ὤργεια.

πώποτε, pro πότε, quum, unquam, *multæ particulæ ad* πότε *adjiciuntur, quæ non mutant ſignificationem.*

τὸ κρήγυον, placitum, bonum, jucundum, *in neutro genere tantum pro ſubſtantivo*, quaſi κῆρι ἡδύ, *cordi jucundum* & gratum.

ἐσθλός, ὁ, bonus.

τέλεσσα, *geminatur* σ *poeticè*, quia in *futuro eſt*, & ήσω, & έσω.

ἀγορεύω, idem quod ἀγοράομαι.

ἀδδηκότες, metri gra. pro ἀδηκότες, pro ἀηδηκότες, quod eſt *particip. præt. temporis, poet. pro* ἠηδηκότες, *à themate*, ἀηδέω, laboribus defeſſus ſum, ab ἄδω, ſatio: ſed ἀδέω, placeo.

ἴδμεν, *Doricè & Æolicè*, pro ἴσμεν: hoc autem per Syncop. pro ἴσαμεν, ab ἴσημι, ſcio: vel per Syncop. pro ἴδομεν, ab εἴδω.

μενοινάω, impetu quodam animi concitatus cupio, in animo habere facio: a μενοινὴ, impetus, ſeu cupiditas animi ad aliquid agendum: a μένος, animus, animi ardor, ſeu impetus irati animi, pro eodem dicitur μενοινόω, & έω, *ut M. Il.*

οὔθην, non equidem, non omnino, nequaquam, ἑκαστάτω, longiſſime, maximè procul, ſuperlat. ab ἑκὰς, procul, ἑκαστέρω, magis procul, comparat. ab ἑκὰς, procul.

αἰπ-

αἰτιάομαι, cauſam attribuo, ſeu aſſigno : accuſo, imputo : ab αἰτία, ἡ, cauſa, ratio, culpa, crimen.

μεθίημι, hic, ceſſo : negligens ſum.

ἐφίστημι, ſiſto juxta, appono, admoveo, Aoriſt. 2. ſignificat neutraliter adſiſto, ut etiam de ſimplici ἔστην, dictum eſt.

ἐπιφράζω, indico, item moneo, admoneo, ſuggero.

ἐπιφράζομαι, animadverto, intelligo, conſidero, ἀ φράζω, dico : aliquando jubeo, cujus Aor. 2. eſt ἔφραδον.

περονάω, fibulâ necto : ἀ περόνη, ἡ, fibula.

Φοινικόεις, Phœnicius, purpureus, a φοῖνιξ, ante : φοίνικος, idem.

ἐκπάδιος, ὁ, extenſus, longè lateque : a τείνω.

οὖλος, ὁ, pernicioſus, mitis, ſanus, perfectus, criſpus, *ut hic*.

ἐπενήνοθε, *perf. med. ſecundum quoſdam*, ex ἐπανθέω, ſuperfloreo : *cujus præt. med.* ἔπηνθα, *& epenthesi τοῦ ο*, ἐπήνοθα, *& reduplicat. Att.* ἐπενήνοθα : *alii dicunt præt. med. ab* ἐπενθέω, *dicentes pro* θέω, *curro, per metath:* ἔθω : hinc ἐνέθω. *præt. med.* ἤνοθα, *& reduplicat.* ἐνήνοθα.

ἀκαχμένος, pro ἠκασμένος, acutus, mutato σ in χ, & omiſſo augmento, Part. præt. paſſ. verbi ἀκάζω, amo : ſecundum quoſdam per Syncop. pro ἀκαχημένος. Part. præt. paſſ. verbi ἀκάχημι, triſtitia afficio, *ante* : adeo ut ἔγχος ἀκαχμένον, exponi poſſit haſta dolorifica, quod ictu ſuo ἄχος afferat : ut etiam ψυχρὸς χαλκὸς, eo quod lethale frigus inferat.

βεβίηκα, Perf. ἀ βιάω, vim affero, urgeo, opprimo, ἀ βία, vis.

σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, cuſpis in imo haſtæ ferro tranſverſa, ſeu ferramentum concavum, mucronatum, cui

extre-

extrema haſtæ pars inſerta efficit, ut erigatur, & ſolo depangatur; quaſi σαυρωτὴς, à σαυρόω, palum depango.

στόρνυμι, & στορνύω, à στορέω, per Syncop. idem: ſterno, ſubſterno: μελλ. στρώσω, Præt. ἔστρωκα, Paſſiv. ἔστρωμαι, Ind. 1. ἐστρώθην.

ἀγραυλος, ὁ, ἡ, in agro ſtabulans, ſeu pernoctans, ab ἀγρὸς, ager, & αὐλὴ, ſtabulum.

ἀωτέω, flores carpo, *ut dicitur*, ὕπνον ἀωτεῖν eſt dormire ſomnum ſuavem, curis ſolutum & quaſi floridum.

ἀΐω, *poeticum*, audio: *aliquando* ſentio.

θρωσμὸς, ὁ, tumulus, collis, *à* θρώσκω, ſalio, quia è terra quaſi ſubſiliit.

σχέτλιος, ὁ, patiens, *ut hic*.

οὔνυ, annon?

ἀμήχανος, *hic*, indefatigabilis; eſt & ἀμήχανος pro κακομήχανος. vide ante.

ἀκωκὴ, cuſpis, acies, ab ἀκὴ, idem, pleonaſmo τοῦ μ.

ξυρὸς, ὁ, acutus, ad radendum, & ſcalpendum idoneus: hinc ξυράω, novacula rado, ad cutem tondeo: à ξύω, idem quod ξέω, rado, ſcalpo, polio: ξυρὸς autem aliquando ſubſtant. *ut hic, culter tonſorius, aut novacula*: hinc proverbium, ut hic apud Homer. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, *dicitur res, quæ in ſummo diſcrimine ſita eſt*.

ἐγρηγορτὶ, & ἐγρηγορότως, vigilanter; ab ἐγρηγορέω, vigilo.

δυσωρέω, difficulter cuſtodio, a δύσωρος, cuſtoditu difficilis, ab οὖρος, ὁ, cuſtos: *item*, ventus ſecundus.

κρατερόφρων, ὁ, fortis, prudens, truculentus, ferox, *ut hic*: à κρατερὸς, ὁ, fortis, robuſtus, & φρὴν.

τετράφατο, *Ionicè* pro τετραμμένοι ἦσαν, à τρέπω, ante.

χάρμα

χάρμα, τὸ, gaudium ante: hic autem quod gaudium,& lætitiam afferat, ludibrium.

ἤϊσαν, iverunt: ſecundum quoſdam tertia plu: præt. imperf. εἶν, pleonaſmo τοῦ η, pro ἴσαν, ab εἶμι, vado: ſecundum alios Aor. I. εἶσα, quaſi ab εἴω, pro εἶσαν diphthongo diſſoluta, & ε verſo in η. Secundum alios pluſquam perf. ἤιειν, & per Syncop: ι etiam ſubſcripto ᾔειν, cujus tertia pluralis eſſet ᾔεισαν, ex quo detracto ε fit ᾔισαν: ſed tum ι eſſet ſubſcriptum.

πιφαύσκω, inſerto υ, pro πιφάσκω, hoc vero per reduplicationem fit à φάσκω, idem quod φημὶ, dico, loquor, à φάω, dico, eſt etiam πιφαύσκω, in lucem profero, à φάω idem.

ἑδριάομαι, ſedeo; ab ἕζομαι, idem.

οὐκ ἄν, nonne?

τολμήεις, audax, intrepidus, tolerans, a τόλμα, audacia.

φῆμις, ἡ, fama, rumor, à φάω, dico.

ἀσκεθὴς, έος, ὁ, ἡ, ſeu ἀσκηθὴς, illæſus, incolumis, ab ἄσχετος, qui retineri non poteſt.

ὑπουράνιος, qui ſub cœlos eſt, item cœleſtis, ut hic ſignificare poteſt.

ὑπόῤῥηνος, ἡ, & ὕπαρνος, ovis ſub ſe, vel in ſe agnum habens, ab ἄρς, ἀρνὸς, ante.

δαίτη, ἡ, epulum, a δαὶς, idem ante.

κτέρας, τὸ, res poſſeſſa: a κτάομαι.

εἰλαπίνη, epulum, convivium opiparum, compotatio, à λάπτω, vel λαπίζω inanio, evacuo, quoniam tali convivio, apparatus & ſumptus magni devorantur, & quaſi inaniuntur: aut ſecundum antiquos Grammaticos ab εἴλη, agmen, grex, congregatio, & πίνω, bibo. hinc εἰλαπινάζω, epulor, convivor.

θαρσαλέος, ὁ, fiducia præditus, fidens animo, audax: hic θαρσαλεώτερον, major audacia. *Subſtantive*

ſivè a θάρσος, ante.

βράσσων, ὁ, ἡ, *comparat. poet.* pro βραδίων, a βραδὺς, ὁ, tardus: eſt etiam βραδύτερος, *ſuperlat.* βραδύτατος & βράδιστος, pro quo poeticè βάρδιστος.

φαίνομαι, *hic* adſum, in conſpectu ſum.

χείρων, pejor, deterior, inferior, vilior, a χεὶρ, manus, nam propriè ſignificat, ὁ ταῖς χερσὶν ἥττων, qui manuum robore ſuperatur, vel ὁ διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τῷ ζῆν, qui victum manuum opera quæritat.

ἄνω *poet.* pro ἀνύω, & ἄνομαι, pro ἀνύομαι, perficio, conficio, perago: propero, feſtino.

μοῖρα, *hic*, pars.

ἀμφήκης, εος, ὁ, ἡ, utrinque acutus, aut anceps: ab ἀκὴ, mucro, & ἀμφὶ.

ἄφαλος, ἄλοφος, ὁ, ἡ, ſine cono aut criſta, a φάλος, conus galeæ, & λόφος, cervix, criſta.

καταῖτυξ, ἡ, galeæ genus depreſſum, & ſine criſta: παρὰ τὸ κάτω τετύχθαι.

ὗς, idem quod σῦς, ſus, porcus, aper, ex eoque factum; ſecundum alios, a ὕομαι irrigari & pluvia perfundi, quod luto ſe polluere amat & aquis delectatur: vel quaſi θῦς, a θύω, ſacrifico, quod a ſuillo pecoris genere immolandi initium primum ſumptum videatur.

θαμὺς, idem quod θαμειός, ante creber frequens: hinc θαμέες & θαμέας, Nom: & Accuſ. plu. apud poetas, a θαμὰ, crebro.

ἔχω, *hic*, munio.

ἐπισταμένως, ſcite, ab ἐπίσταμαι.

πῖλος, ου, ὁ, pileus: *hinc diminut.* πιλίον, πιλίδιον, τό.

ἐρωδιὸς, ſeu ἐρωγιὸς, avis ſpecies, viz. ardea ſeu ardeola, quaſi ἐλωδιὸς, ab ἕλος, τὸ, palus, quia in paludibus plerunque verſatur.

πτεῖο, Ionicè pro πτοῦ, Aoriſt. 2, med. imper. à

πτόμαι

σπόμαι, pro ἕσπομαι, ſeu ἕπομαι.

μήσατο, pro ἐμήσατο, a μήδομαι: *hic* inſtruo, perpetro.

πρόφρασσαι, prompta, benevola, propenſa, a πρόφρων, ante.

εὐρυμέτωπος, ὁ, ἡ, latæ frontis, latam frontem habens, ab εὐρὺς, ὁ, latus, & μέτωπον, τὸ, frons, quod ad ὤψ, ὁ, oculus, vultus.

νέκυες, interdum dicitur de defunctorum corporibus, a νέκυς ante.

ἐριαύχην, cervicem elatam & arduam habens, ab ἐρι & αὐχὴν ante.

ὀμόσσον, poeticè pro ὄμοσον, ab ὄμνυμι. Fut. ὀμόσω.

ἀπὸ δόξης εἶναι, opinionem fruſtrari.

ἴστω, *per Syncop.* pro ἰσάτω, ab ἴσημι, ſcio.

ἀγλαϊεῖσθαι, *Att.* pro ἀγλαΐσεσθαι, orno, decoro, illuſtrem facio, ab ἀγλαΐζω, in quo & aliis ejuſdem generis in ίζω, in Fut. 1. *Attici* tollunt σ & ultimam circumflectunt, medium autem ίσομαι mutant in ιοῦμαι, ιεῖσθαι, Inf. in ιεῖσθαι, ab ἀγλαὸς, ſplendidus.

ἐπίορκον, ***Adverbial.*** perjurè; ab ὅρκος, ὁ, juſjurandum.

ὀροθύνω, idem quod ab ὄρω, ex eoque factum.

κτίδεος, ὁ, *per Aphair.* pro ἰκτίδεος, muſtelâ confectus; a κτὶς, ιδος, ἡ, *per Aphair.* pro ἰκτὶς, muſtela: hic autem κτίδεος è pelle muſtellinâ confectus.

φράζομαι, aliquando animadverto, *ut hic.*

παραφθαίησι, Opt. Aor. 2. a παραφθάνω, præcurro, prævenio, a φθάνω. F. φθάσω. Aoriſt. 2. ἔφθην, quaſi à φθῆμι.

προπειλεῖν, propellito, a προπειλέω, pro προειλέω, ab εἰλέω, verto.

ἀπέην, *Poet.* ἀπῆν, aberat.

ἐπίουρα,

ἐπίουρα, τὰ, intervalla: & ἐπιουρεια, τὰ, limes, terminus. *Ionicè* pro ἐπίορα, & ἐπιόρεια, ab ὅρος, terminus.

προφερὴς, προφερέστερος, προφερέστατος, præſtans, aliquando provecta ætate, à προφέρω, præſto.

ἄροτρον, aratrum, ab ἀρόω.

δουρηνεκὴς, tantum intervallum continens, quantum haſtæ jactus: ab ἠνεκὴς, longus, & δόρυ, τὸ, haſta.

ἐλάσσων, ſeu ἐλάττων, minor, *compar.* a μικρὸς, *communiter, ſed propriè, ab* ἐλαχὺς, parvus.

καρχαρόδους, acutos habens dentes, κάρχαρος, ὁ, aſper, & ὀδοὺς, ὁ, dens, κάρχαρος autem à χαράσσω, ſculpo.

κεμὰς, άδος, ἡ, hinnulus cervi, quaſi ἀπὸ τοῦ κοιμᾶσθαι, quod adhucin ſpelunca cubat, nec ſe committere ſylvis audet.

λαγωὸς, οῦ, ὁ, lepus, à λα *epitat.* & οὖς, auris, ab οὖας, ατος, τὸ, idem; *nam lepus perlongas habet aures.*

ἐμμενὴς, ὁ καὶ ἡ, permanens ſeu conſtanter manens: ἐμμενὲς etiam aliquando ſubſtantivè pro conſtantia, aliquando adverbialiter conſtanter, indeſinenter, a μένω, maneo.

ἀποτμήσσω, vel ἀποτμήγω, abſcindo, divido, a τμήσσω, ſeco, ſcindo, quod à τέμνω, idem.

βαμβαίνω, inarticulate loquor: item, dentes quatio præ metu, ſeu crepito dentibus, *ut hic*, à βάζω, quatio.

καταθύμιος, quicquid in animo verſatur: item, animo placens, a θυμὸς.

ἐσχάρα, focus: hic autem ἐσχάραι πυρὸς, vocantur ipſæ domus, ſeu qui in domibus habitant. ἐσχαρὶς, ίδος, ἡ, & ἐσχάριον, ου, τὸ, parvus focus.

δαείω, pro δαίω, diſco, doceor, intelligo.

νέηλυς, ὁ, qui nuper ſeu recens advenit: a νέος, & ἔρχομαι, quaſi ὁ νεωστὶ ἐληλυθώς.

ἤσκηται. Præt.paſſ. à verbo ἀσκέω, exerceo: *item*, elaboro,concinno: quod ab ἀσκὸς, uter; nam ut tradunt quidam,proprie de iis qui utres conficiunt enunciatur, metaphoricè etiam de reliquis artibus mechanicis.

εἶσθα, *Æol.* pro εἶς,præſ.ab εἶμι,vado,cujus præſens ſæpe pro futuro uſurpatur, *ut hic*, quod etiam prius dicitur.

ἐναντίβιος, adverſarius, q: d: vim & potentiam contrariam habens, ἐναντίβιον etiam aliquando adverbialiter adverſus, contra, ab ἐναντίος, adverſus,& βία,vis,robur.

κέρσε,*Æol.*pro ἔκειρε,Aor. 1. verbi κείρω. Fut. κερῶ,Aor.1. ἔκειρα,tondeo,item ſcindo,*ut hic.*

ληΐτις,ιδος, prædatrix, *Epitheton Minervæ*, à ληΐς ante.

τοῖσδε, ut ὅδε *ſed per appoſ. ſyllabæ* σι, τοῖσδεσι, *geminato poet.* σ. τοῖσδεσσι. in quo retinetur circumflexus in antep nultima,non ex lege,ſed quia particula δεσι, articulo τοῖς quaſi enclytica adjungitur.

ἐπιβωσόμεσθα, invocabimus,per contractionem,ex ἐπιβοησόμεσθα, a βοάω.

δέελος,& δῆλος,faſciculus, vinculum : a δέω, ligo : eſt & δέελον pro δῆλον,manifeſtum, *ut hic.*

δόναξ, ὁ arundo,*ut hic*: calamus ſcriptorius, a δονέω,agito,quod facilè a ventis agitatur.

ἐπιδιφριὰς,ἡ, locus quidam in curru, ἐπιδίφριος, qui ſedet aut ponitur in curru: *aliquando* otioſus, vel effœminatus, à δίφρος,ὁ, locus in curru, currus, ſella.

δέδεντο,a δεδέμην, Pluſquam paſſ. verbi δέω,irregulariter ε pro η,nam Fut.facit δήσω in activ.

μέλεος,vanus,inanis,ſtultus,nihil efficiens,infortunatus: μέλεον etiam adverbialiter incaſſum,ocioſe.

ἀεικὴς, ὁ & ἡ, hic fœdus, durus vel aſper.

ἄορ, enſis, τὸ, ab ἀείρω, tollo.

ἐρυθραίνω, & ἐρυθαίνω, rubefacio, ab ἐρυθρὸς, ruber.

ἀσήμαντος, ὁ, ἡ, rectore carens, cui nemo præeſt, & τὰ ἀσήμαντα, non obſignata, quibus ſignum non imprimitur: ab ἄσημος, cui ſignum ſeu nota non eſt impreſſa, per conſequens, obſcurus, ignobilis, ab α *privat.* & σῆμα, ſignum.

ἀήθεσσον, pro ἤθεσσον, *eupho. gra.* ab ἀηθέσσω, pro ἀηθέω, inſuetus ſum: *ab α privat.* & ἦθος, mos.

ἀείρω, tollo, elevo, ſimul necto; ab εἴρω, necto, & α, idem quod σὺν: ſecundum quoſdam hoc ἤειρα pro εἶρα, *pleonaſmo* τοῦ η, ab εἴρω.

ῥοιζέω, ſeu ῥοιζῶ, ſtridorem edo, ſtrido, latro: a ῥοῖζος, ὁ, ſtridor: *factum eſt per onomatop. ad imitationem ſoni literæ ρ, ut σίζειν ex ſono literæ σ, ζέειν ex ζ. βόμβος ex β, ſecundum Euſtath.* eſt autem ζέω, ferveo, bullio, *propter priorem rationem: eſt* σίζω, talem ſonum edo, qualis fit ex ferro ardenti in aquam dejecto, *ob priorem rationem*, & βόμβος ſonus, quem edunt apes.

ἀλαοσκοπία, cæca ſpeculatio: σκοπὸς, ſpeculator, explorator; quod à σκέπτομαι, circumſpicio, inviſo, viſito: *metaph.* video, ſpeculor, conſidero, perpendo, & ἀλαὸς, cæcus, luſcus: *quod ab α privat.* & λάω, *video, aliquando volo, vel ab* ἀλάομαι, erro, vagor.

ἀνεψιὸς, conſobrinus, filius fratris vel ſororis.

ᾤμωξα Aor. 1. ab οἰμώζω ante.

κυδοιμὸς, ὁ, turba, tumultus.

ἔκταν, *per ſyncop.* pro ἔκτησαν. a κτῆμι, a κτάομαι, ἔκταν, *quod hic* occiderant, a κτείνω, *aor. β.* ἔκτανον, & *per Apocop. poet.* ἔκταν, *tum in primâ, tum tertiâ perſonâ*, vide ante.

κτύπος, ου, ὁ, & κτύπημα, τὸ, ſonitus, ſtrepitus, *propriè, qui pulſu cietur*: a κτυπέω; quod a τυπέω, *per pleonaſ.* τοῦ κ; quod a τύπτω.

ἀκτὶν, ῖνος, ἡ, radius ſolis: ab ἄγω, frango.

ἱππεῖος

Ἱππεῖος, equeſtris, ab ἵππος.

ἱδρὼς, ῶτος, ὁ, ſudor, *inter poetas in Dat. & Accuſ.* ἱδρῶ, *per Apocop.* pro ἱδρῶτι, ἱδρῶτα, *ut hic.*

νίζω, *lingua Tarentinorum* pro νίπτω; propriè de manibus dicitur, lavo, *ut hic*: hinc ἀπονίζω.

ἔσβαντες, pro εἰσβάντες, *aor. β. part.* à βαίνω.

ἀνέψυχθεν, pro ἐψύχθησαν, hic *intellige per Synec.* κατὰ ἦτορ.

ἀσάμινθος, ὁ, ſolium balneatorium, peluis; fit παρὰ τὸ ἄσιν μινύθειν, *a ſordibus diminuendis*, (i) eluendis, ἄσις, ιος, ἡ, vel ἄση, ſordes, limus, aliquando moleſtia.

λόεσσαν, *Aoriſt. 1. act. carens augmento, & geminato σ. poet.* pro ἐλόεσαν; hinc λοεσσάμενος, *a poet. verbo* λοέω, & λοέσσαι, pro λοέσαι pro λοῦσαι, item, λοέσσεται, pro λοέσεται; a λοέω, ſeu λόω, *quod ponitur grammat.* pro λούω, idem, viz. lavo propriè corpus: *hinc* ἔλοε, & λοέσσαι, pro ἔλουε, λοῦσαι.

λίπα, pro λιπαρῶς, ſeu λιπαρὸν, pinguis: indeclinabile, *ut hic.*

ἔλαιον, τὸ, oleum, ab ἐλαία, oliva arbor.

# CLAVIS HOMERICA

## in Α Iliadis.

TΙθωνὸς, filius *Laomedontis*, ab aurora adamatus & in virum electus.

ἔρις, ἡ, contentio; *item*, dea contentionis author.

γεγωνέμεν, pro γεγωνεῖν, a γεγωνέω, *quod fit ex præt. med.* γέγωνα, quod fit per *metath. ex* γέγνωα; *ab inuſitato* γνώω, clamo, ſeu vociferor, ita ut intelligar vel audiar, clarè vociferor: hinc γεγωνίσκω, idem.

ὄρθια, τὰ, *adverbial. hic uſurpatur*, ab ὄρθιον, ου, τὸ, carmen, quod voce ſublatiſſima cantatur, claſſicus cantus.

οἶμος, ὁ vel ἡ, via, ſemita; ab οἴμη; idem: hinc οἰμάω, & οἰμάω, impetu feror in aliquem, *propriè, rectâ viâ.*

κύανος, ὁ, color cæruleus, eſt & lapis, ſeu ſuccus in metallis cærulei coloris, *ut hic.*

κασσίτερος, *& Att.* καττίτερος, ὁ, ſtannum, plumbum album.

ὀργα-

ὀρωρέχατο, *tertia persona plural. Plusquam perfect. passiv. Ion. pro ὀρωρεγμένοι ἦσαν*, ab ὀρέγω, porrigo, extendo. F. ὀρέξω, *præt.* ὤρεχα. *Att.* ὀρώρεχα, &c.

ἶρις, ἴριδος, & ἴριος, & ἴρεως, ἡ, arcus cœleſtis, *ſecundum Euſtath.* fit ab εἴρω, nuntio; quia pluvias denuntiat: *a poetis fingitur eſſe dea, quæ diis nuncia mitti ſolet.*

ἀορτὴρ, ῆρος, ὁ, lorum ſeu funis, quo enſis appenditur; fit ab ἀείρω: hinc ἀρτὴρ, & *pleonaſ.* τοῦ ο, ἀορτὴρ, *in plur. nom.* ἀορτῆρες, *addendo* σι, *dat. poet.* fit ἀορτήρεσσι.

βλοσυρώπὸς, ὁ, terribilis aſpectu, ab ὄψ, ἡ, & βλοσυρὸς, terribilis aſpectu, truculentus. *accipitur in bonam partem*; quod a βλέπω, & σύρω, traho; Hinc βλοσυρῶπις, ἡ, hic, idem.

ἐλέλικτο, *pluſquamperf. ab* ἑλίσσω, cum *reduplicatione*, pro ἠλήλικτο, pro ἤλικτο.

ἀμφιστεφὴς, ὁ καὶ ἡ, utrinque coronatus: item undique plenus, ab ἀμφὶ, & στέφω ante.

ἐκπεφυυῖαι, Part. præt. med. ab ἐκφύομαι, enaſcor, a φύω, gigno. produco.

ἄλκιμος, ὁ, ἡ, fortis; ab ἀλκὴ, robur.

ῥώοντ' pro ἐῤῥώοντο, ab inuſitato ῥώομαι, propriè quatior: aliquando feſtinanter & cum impetu feror, *ut hic*, a ῥώννυμι, confirmo.

ἠῶθι, *adverb.* in aurora. ἠῶθι πρὸ ante auroram.

φθὰν, *Bœot.* pro φθῆσαν, pro ἔφθησαν, a φθάνω.

μετακιάθω, mutato loco abeo, abeo inde ad, inſequor, a κίω, vado, eo.

ἐέρσην, *pleonaſ.* τοῦ ε, pro ἔρσην, ſeu ἕρσην, *cum aſpero*, ros; *fit quaſi* ἄρσην, ab ἄρδω, irrigo.

μυδαλέος, humidus, madidus; a μυδάω, nimio humore & madore putreſco.

ἔλιος & ἕλιμος, idem quod ἕλος ante.

στεροπὴ, & στέροψ, ἡ, fulgur: item ſplendor, *per aphair.*

*phait.* pro ἀστεροπῆ. *poet.* pro ἀστραπῆ, ab ἀστράπτω, fulguro, mico, ſplendeo.

ἀμητὴς, ῆρος, ὁ, meſſor, ab ἀμάω, meto.

ὄγμος, ὁ, ſulcus.

τάρφος, denſitas. ταρφὴς, denſus, creber, frequens.

δράγμα, τὸ, manipulus, ipſa ſeges, a δράσσω, ſeu δράττω, prehendo, manu corripio.

δηιόω, hic cædo, occido.

παρατυγχάνω, interſum alicui actui, adſum, intervenio.

δρυτόμος, ὁ, ἡ, per *Apoc.* pro δρυοτόμος, quercuum amputator, *&* *generaliter*, arborum inciſor, à δρῦς, ἡ, & τέμνω.

δόρπον, τὸ, cœna, prandium, paſtus: etiam ſimpliciter, *per catachreſin.*

ἐκορέσαντο, pro ἐκορέσσαντο, a κορέω.

ἄδος, εος, τὸ, vel ου, ὁ, ſatietas, defatigatio, faſtidium, ab ἄδω, ſatio, expleo.

κατεπάλμενος, decomp. a κατὰ, & ἐπάλμενος, *Poetice pro* ἐφαλλόμενος, quod ab ἐπὶ & ἅλλομαι ante.

πεπάλακτο plusquamperf. a παλάσσω, inquino, fœdo.

δαμάω, *hic* proſterno.

περιδύω, propriè circumveſtio, hic autem περίδυσε, ſpoliavit, pro ἀπόδυσε.

νόθος, ὁ, ſpurius, a νὸ, idem quod νὴ privat. & θεῖος, divinus, quaſi non ad Deum pertinens, quod ex illegitimè concubitu ortus.

γνήσιος, legitime genitus, originem habens legitimam: item germanus, itē genuinus, non adulterinus.

παραβάσκω, pugno ex curru, pro παραβάτης εἰμὶ, a βάσκω, idem quod βαίνω.

δίδη, *Ion. & Poet.* pro ἐδίδει; a δίδημι: hinc διδέω, *idem*. utraque, a δέω, ligo.

μόσχος, ὁ vel ἡ, vitulus, ſeu vitula; & eſt tenellum

lum germen in arbore, ſeu ramulus tenellus: item pro ἁπαλὸς, tener, *ut hic.*

λύγος, ἡ, vitex, virga, bacillus: hinc λυγόω, & λυγίζω, flecto, torqueo, inſtar viticis.

οὖς, idem quod οὖας, auris, *ex quo fit. cæteri caſus formantur tanquam ab* ὦς, *ut genit.* ὠτὸς, *dat.* ὠτὶ; *at* οὖαι, g. οὔατος, τὸ.

σπέρχω, urgeo, compello, feſtinare cogo; *neut.* feſtino; *item*, iraſcor.

– εὐνὴ cubile, ut ante: dicitur etiam de brutis, cubile pro luſtro.

δρυμὸς, ὁ, ſylva querna, vel glandifera, item generaliter ſylva, nemus: item δρυμὸν, τὸ, idem, à δρῦς, ἡ, quercus.

εἴασχ' ob ſequent. aſpir: pro εἴασκ': hoc autem pro εἴασκε *Ionica paragoge* pro εἴα imperf. ab ἐάω, ante.

κυκάω, miſceo, proprie de liquoribus: item generalius miſceo, confundo, perturbo.

ἀμείλικτος, qui mulceri ſeu leniri non poteſt, aſper, durus, immitis, ut & ἀμείλιχος ante à μειλίσσω.

ἀποκόπτω, abſcindo, amputo, à κόπτω, ſcindo, idem.

ὅλμος, ὁ, mortarium, truncus corporis.

σεύω, fugo, pello, concito; ſed σεύομαι, concitor, eo, moveor.

ἐάω, aliquando omitto, miſſum facio, relinquo, *ut hic.*

δηϊόωντες, *intellige terram.*

ἄξυλος, ὁ, ἡ, ligno carens, vel plenus ligno; *ut hic*, ab α *primo privat.* 2. *epitat.* & ξύλον ante.

εἰλυφάω, & εἰλυφάζω, verſo, torqueo, circumago, ab εἰλύω, idem cum εἰλέω.

θάμνος, ὁ, locus denſus fruticibus, arbuſtum, frutex, à θαμὰ, crebrò, quod à ἅμα, ſimul.

πρόρριζος, unà cum radice, radicitus; à ῥίζα, ἡ, radix.

κεινός, pro κενός, vacuus.

κροταλίζω, pulſo, crepitare facio, cum ſtrepitu veho, idem cum κροτέω, a κρόταλον, τὸ, inſtrumentū, quod pulſatum manu crepitabat, à κρότος, ὁ, pulſus æris, manuum, pedum, ſed frequenter de ſtrepitu manuum plaudendo facto dicitur; hinc pro laude ſumitur, *quia in theatris ſemper ſoliti ſunt manuum plauſu aliquid approbare aut laudare*; hinc κροτέω, pulſo, verbero; item, manu plaudo, & ideo, laudo, approbo.

σφεδανός, ὁ, terribilis, intenſus, vehemens, quaſi σπευδανὸς, a σπεύδω ſecundum *Euſtath.* σφεδανὸν, *Adverbialiter uſurpatum vehementer.*

καππεδίον pro κατὰ πεδίον, per campum.

ἱέμενος, ab ἵεμαι, cupio, deſidero, nam ſignificationem activi ἵημι omnino relinquit.

ἀμολγός, nox intempeſta, propriè tempus quo mulgentur pecora, quod aliquando eſt veſperi, aliquando extrema nocte, pro quibus utriſque uſurpatur: ἀμολγὸς ab ἀμέλγω, mulgeo, aliquando genitivo νυκτὸς adjungitur, aliquando abſolute per ſe uſurpatur.

ἔγκατα, τὰ, inteſtina, viſcera, παρὰ τὸ ἐντὸς κεῖσθαι.

λαφύσσω, avidè deglutio & haurio; exponitur, conſumo per luxum, devoro; à λα *epitat.* & ἀφύσσω, haurio, infundo, traho, conſequor, accumulo.

θύω, aliquando furo, impetu furibundo feror, *ut hic.*

πιδηέσσης, ſcatebris abundantis, a πίδαξ, ὁ vel ἡ, ſcatebra, fons, aqua ſaliens, idem cum πηγὴ, *quæ utraque à πιδύω. Bœoticè, verſo* η in ι. πιδήεις, ὁ, unde fœm. πιδήεσσα, *hic*, pro πιδακώδης.

ἀνώχθω, pro ἀνωγέτω, ut etiam ἄνωχθι pro ἄνωγε, *per metaplaſmum*, ab ἀνώγω ante.

νὶν & ἵν. poet: pro σφὶν.

καρτύνω, firmum reddo, & validum, munio, corroboro

boro, pro κρατύνω, idem, a κάρτος, pro κράτος, ante.

*μητροπάτωρ*, matris pater, a πατὴρ, & μήτηρ.

*ἐρείδω*, *hic neutraliter*, incumbo.

*μόλιβος*, ου, plumbum, idem μόλυβδος, ὁ, pro μόλιβδος, vel μόλυβδος.

*λῖς*, ὁ, *poet.* pro λέων, ὁ, leo, *ut hic.* eſt & tenue ſeu ſubtile linteum, ante.

*οἰκτρὸς*, ὁ, qui miſerandus eſt; ab οἶκτος, ου, ὁ, miſericordia.

*ἀστὸς*, οῦ, ὁ, civis. Fœm. ἀστὴ, ab ἄστυ, urbs.

*ὄις* contract. pro ὄιας, ab ὄις, ovis.

*ἀριδείκετος*, clarus, inclytus; a δείκνυμι, propriè, qui multum oſtenditur, itaque inclytus.

*πρεσβυγενὴς*, ὁ, ἡ, maximus natu; à πρέσβυς, ὁ, & γίνομαι.

*εὐρὰξ*, ex obliquo, *Ion.* pro πλευρὰξ, *per Aphæreſin.* a πλευρὰ, ἡ, latus, coſta, idem πλευρὸν, ου, τό.

*διέχω*, *hic*, tranſigo.

*ἀνεμοτρεφὴς*, & ἀνεμοτραφὴς, ὁ, ἡ, a vento nutritus, & auctus, ſeu à vento corroboratus: hinc ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος, haſta à ventis corroborata, antequam ex arbore abſcinderetur, *ut hic.*

*ὄπατρος*, ὁ, per *syncop.* & *mutato ſpiritu*, pro ὁμόπατρος, ſeu ὁμοπάτριος, ab ὁμοπάτωρ, *idem*, eodem patre genitus.

*ἀΰτέω*, ab αὔω, *viz.* clamo: hinc ἀϋτὴ, clamor, vox.

*θερμὸς*, ὁ vel ἡ, calidus, a θέρω, calefacio, *per Æol.* θέρσω.

*ἐνήνοθε*, vide ἐπενήνοθε, ante. p. 110.

*τέρσω*, arefacio, ſicco, factum ex Æolico futuro, τέρσω, a verbo τείρω.

*ὠδίνω*, à partu doleo, parturio, & general. aliquo magno dolore afficior; ab ὠδὶν, ſeu ὠδὶς, ἡ, dolor parturientis, *quod* ab ὀδύνη, dolor.

βέλος,

βέλος, τὸ, telum, vulnus, dolor ex ictu, etiam *metaph.* dolor parturientis, *ut hic.*

δριμὺς, ὁ, acrem habens ſoporem, ſeu guſtum, *in genere* acer, vehemens, aſtutus.

μογοστόκος, partus laborem ſuſcipiens, circa partum laborans, *epitheton Lucinæ, ut hic*, a μόγος, ὁ, & τίκτω, pario.

εἰλείθυια, ἡ, ι, Lucina (ι) dea quæ parturientibus opitulatur, ſæpe pro ipſo partu ponitur; ab ἐλεύθω, venio, *quia invocatur, ut fœtus veniat ad lucem.*

ἀφρέω, ſpumo, ab ἀφρὸς, ſpuma, ante.

ῥαίνω, perfundo, aſpergo, irroro.

ὑπέρτερος, ſuperior, præſtantior, major, eſt & ὁπέρτερος, *Ion.* junior.

ὑπεραὴς, ὁ, ἡ, deſuper flans, ab ἄω, flo.

ἰοειδὴς, ὁ, ἡ, niger, rubiginoſus, purpureus, ferrugineus, ab ἰὸς, ὁ, telum, miſſile, rubigo cujuſque metalli, *ut hic.*

ἀργεστὴς, ὁ, albus, *noti epitheton*, ſic velox, ab ἀργὸς, albus: a quo etiam ἀργὴς, ἀργηστὴς, ἀργήεις, ἄργος, & ἀργινόεις, ὁ, idẽ ἀργεστὴς, g. αο. pro ȣ̃ *Æol. & Bœotic.*

τρόφις, ὁ, bene nutritus, craſſus, pinguis, tumidus: idem, τροφόεις, ὁ, à τρέφω.

πολύπλαγκτος, multum errans, vel agitatus; à πλάζω, errare facio.

κάρηαρ, ατος, τὸ, caput.

κυδοιμέω, turbas excito, tumultuor, à κυδοιμὸς, ante.

ἀσπασίως, lubenter, ab ἀσπάζομαι, amplector.

κῆρες γὰρ, *intellige illos.*

κεκαδὼν, *cum reduplicat. & verſo χ in κ*, a χάζω, recedo: *item*, privo. eſt aor. β. partic.

κεκληγὼς, pro κεκλαγὼς, a κέκληγα, pro κέκλαγα, ante.

στέομεν, *Ionicè* pro στῶμεν, Aor. 2. Subj. ab ἵστημι.

ἀλεξ-

ἀλεξώμεσθα. *Dor*. pro ἀλεξώμεθα.

κακκόρυθα, pro κατὰ κόρυθα, in galeam, a κόρυς, υθος, *in accuſ*. κόρυθα, *vel* κόρυν, galea.

τρίπτυχος, triplex, a τρὶς, & πτυχὴ, plicatura, quod a πτύσσω, plico.

ἀπέλεθρον, longe, procul, ab ἀπέλεθρος, immenſus, quod ab α & πέλεθρον, pro πλέθρον, jugerum.

μίκτο, pro ἐμέμικτο, ab ἐμεμίγμην. Pluſq. perf. paſſ. a μίγνυμι.

κατακείατο, *aoriſt. a med. ab inuſitato verbo* κατείω, ſeu κάτειμι, deſcendo, proficiſcor.

ἔπειμι, advenio, ingredior, invado.

στήλη, lapis è terra extans, vel munitionis gratiâ vel ſigni, erectus: ſæpe pro cippo ſeu columnâ, quæ in ſepulchris ſtatuebatur, *ut hic*.

ἀνδρόκμητος, ὁ, ἡ, ab homine laboratus, aut ſimpliciter factus: hinc τύμβος ἀνδρόκμητος, ſepulchrum labore ab homine factum, vel in quo mortuus jacet, à κάμνω: nam κεκμηκότες etiam & καμόντες, ſæpe dicuntur mortui.

βριαρὸς, ὁ, robuſtus, a βριάω, robuſtum reddo: hinc βρίμη, robur.

πῆχυς, εως, ὁ, cubitus ante, hic illa pars arcus qua arripitur & quæ ſagittam ſuſtinet, manubrium.

ταρσὸς, *Atticè* ταῤῥὸς, ὁ, hic planta pedis: aliquando palma manus, quibus utriſque digiti ita ſunt infixi ut pinnæ alis, & remi navibus: ταρσὸς enim ſignificat & ordinem remorum & alam avium, quia quandam ſimilitudinem habent cratium, ſuper quibus caſei aliaque ſolent ſiccari, quas ταρσὸς propriè ſignificat, à τέρσω, ſicco, areſacio, ante.

ἀμπηδάω, ſubſilio, ſurſum ſalio, pro ἀναπηδάω, à πηδάω, ſalio.

τοξότης, ſagittarius, arcitenens, a τόξον, arcus. fœm. τοξότις, *Epith. Dianæ*.

παρθενοπίπης, ὁ, virginum nimis avidus inſpectator, aut obſervator; ab ὀπιπεύω, inſpicio, obſervo, quod ab ὄπτομαι, & παρθένος, ἡ, virgo.

ταρφὴς, ὁ, & ταρφὺς, ὁ, ἡ, & ταρφειὸς, ὁ, denſus, creber, frequens, a τάρφος, τὸ, denſitas.

ἐπιγράφω, aliquando perſtringo, leviter vulnero, *ut hic*.

κωφὸς, ὁ, ſurdus, cui auditus eſt vitiatus: *aliquando* fatuus, ſtolidus, *ſed ex conſequenti, & hoc modo*, mutus; eſt & invalidus, inefficax, *ut hic*.

ἐπαύρομαι: *hic* contingo, attingo, aſſequor, ab αὐρέω, ante.

ἀμφίδρυπτος, undique laceratus, pro eodem dicitur ἀμφιδρυφὴς, & ἀμφίδρυφος, a δρύπτω, lacero.

πύθω, putrefacio, ομαι, putreſio, putreſco.

ἁλώω, aor. β. ſubjunct. ab ἁλίσκω, capio, aor. β. Indicat. ἥλων, optat. ἁλοίην, ut ab ἅλωμι, ſub. ἁλῶ, ut δῶ, pro quo ἁλώω, *paſſive ſignificans*, ut δώω, pro δῶ.

φοβέω, in fugam verto, a φέβομαι fugio.

ἔλσαν, pro ἔλασαν, ſeu ἤλασαν, *ſic* ἔλσαι, pro ἐλάσαι, & ἔλσας, pro ἐλάσας ab ἐλαύνω, ſeu ἐλάω, ſeu potius pro εἴλησαν, ab εἰλέω, concludo, includo.

ξύλοχος, ὁ, ſylva, a ξύλον, lignum, & ἔχω.

γένυς, ὁ, mentum, gena, *hic*.

κόμπος, ου, ὁ, crepitus, propriè apri dentes acuentis: item, ſonitus tripudialis, a κόπτω, lædo, percutio.

περίτμησις, ἡ, ipſa actio præſcindendi, id quod præſcinditur: *unde hic*, umbilicus aſpidis, περίτμησις dicitur, quoniam ab ipſo ſtatim partu umbilicus infantibus præſcindi ſolet.

ἀγοστὸς, οῦ, ὁ, manuum interior pars, vel exterior, cubitus, ulna, palma.

εὐηγενὴς, ὁ, ἡ, generoſus, ab εὖ, & γίνομαι.

καιριος, lethalis, lethifer, a καιρὸς, occaſio, ſic

*Eurip*.

*Eurip.* εἰς καιρὸν τυπεὶς, opportuno in loco vulneratus, i. e. lethaliter.

ἆ, vox hominis ſuccenſentis, quiritantis, aut commiſerantis, *ah*, *hei*, *heu*.

κιχάνω, idem quod κιχέω.

ὠμηστὴς, ὁ, qui cruda edit, ab ὠμὸς, crudus, & ἔδω, idem ὠμοφάγος, a φάγω, edo.

κτέρεα, τὰ, exequiæ, κτερείζω, & κτερίζω, funero, juſta facio, κτεριοῦσι, pro κτερείσουσι, *Atticè*.

βιάω, vim affero, violo, a βία, vis: βιώατο autem *Ionicè* pro βιῷντο, contract. ex βιάοιντο.

θῶς, θωὸς, ὁ, animal lupo ſimile: hic lynx, a θέω, curro.

κεραὸς, ὁ, cornutus, a κέρας, cornu.

ἀπὸ νευρῆς, *intellige miſſa*.

χλιαρὸς, *pro quo dicitur poeticè*, λιαρὸς, tepidus, à χλιαίνω, tepefacio.

νέμος, locus arboribus denſus, & paſcuus, nemus a νέμομαι, paſco.

σκιάερος, & σκιερὸς, umbroſus, opacus, a σκιὰ, umbra, dictum quaſi κιὰ, a κίω, quia nos comitetur.

δαίμων, *hic*, fortuna.

σίντης, ου, ὁ, nocuus, noxius, a σίνω, & σίνομαι, noceo, lædo.

ἄλλυδις, aliorſum, ab ἄλλος, alius.

χειμάῤῥοος, contract. ους, ſeu χείμαῤῥος, ου, ὁ, hyeme fluens, torrens, a χειμὼν, ὁ, hyems, & ῥέω, fluo.

ὀπαζόμενος, *hic* auctus.

ἀζαλέος. ſiccus, aridus, ab ἄζω, ſicco, areſacio.

ἀφυσγετὸς, hauſtus: ab ἀφύω, haurio, idem ἀφύσσω.

ἐπιμὶξ, promiſcuè, a μίγνυμι.

στείβω, calco, habet etiam quandam denſandi & conſtipandi ſignificationem, cum quæ calcantur, eadem & condenſentur.

ῥαθα-

ῥαθάμιγξ, γος, ἡ, gutta, ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν θαμά: eſt autem ῥαίνω, perfundo, aſpergo, irroro.

ὁπλέων, Ionicè pro ὁπλῶν, genit. plur. ab ὁπλὴ, ungula, unguis quadrupedum.

ἀνδρόμεος, virilis, humanus, ab ἀνὴρ, vir, ἀνδρός.

θάπτω, ſepelio, item ſtupeo, in qua ſignificatione uſitata ſunt ἔταφον, Aor. 2. & τέθηπα, Præt. med. quod & pro præſenti uſurpatur.

τρέσσε pro ἔτρεσε, a τρέω, tremo.

γόνυ γουνὸς ἀμείβων, phraſis pulcherrima, alternans genua.

μέσαυλος, ὁ, ſeu μέσαυλον, τὸ, locus in medio ſtabulo, a μέσος, medius, & αὐλὴ, aula.

ἀγροιώτης, ὁ, pro ἀγρότης, ruſticus, ab ἀγρὸς, rus.

πῖαρ, τὸ, pinguedo: vel pro πίων, ὁ, ἡ, adject. vel pro πιότης, ἡ, ſubſtant.

ἐγρήσσω, poet. pro ἐγρηγορέω, vigilo.

ἐρατίζω, amo, cupio: ab ἐράω, idem.

πρήσσω, Ion. pro πράσσω, pro πράττω.

δεταὶ, faces in faſciculum colligatæ: a δετὸς, ligatus, a δέω, ligo.

νωθὴς, έος, ὁ, ἡ, tardus, piger: fit à partic. privat. νὴ, & θέω, curro: idem νωθρὸς, ὁ.

ῥόπαλον, τὸ, clava, geſtamen: ſceptrum: item, virga, baculus, ut hic.

σπουδῇ, adverb. ſtudioſè, diligenter: ægrè, magno labore, ut hic.

ὁδεύω, eo, iter facio, proficiſcor, ab ὁδὸς, ἡ, via.

ὄρμενος, pro ὀρόμενος, qui citato impetu fertur, ab ὄρω.

πρόσσω, & πρόσω, ante, ultra, ulterius: procul, à fronte, eminus, longè.

ἧπαρ, ατος, τὸ, jecur, hepar.

πραπίδες, αἱ, præcordia, aliquando, pro mente, ſeu ſolertia.

ἔθνος, τὸ, *hic* turba, multitudo, agmen.

δέμας, corpus, & animati, & inanimati: *dictum, quaſi δῶμα ψυχῆς*, eſt & *particula ſimilitudinis*, ſicut, inſtar, & *regit genit ut hic.*

ἔρειο pro ἔρου, ab ἔρομαι, nempe dipthongo ου reſoluta in εο, deinde ι addito ad ε *poeticè.*

πνοιὴ, flatus: *ſed hic*, ventus.

κυκάω, miſceo, confundo, perturbo: hinc κυκεὼν, ὁ, mixtio, potio: *hinc accuſ.* κυκεῶ. *per Apoc.* ſed *poet.* κυκειῶ, *ut hic.*

ἐπιπροϊάλλω, protendo, propono, foras emitto, aor. α. *communiter*, ἴηλα, ab ἰάλλω, mitto.

κυανόπεζος, nigros habens pedes: a κυανὸς, ὁ, ante, & πούς.

κάνεον, & contract. κανοῦν, caniſtrum, lanx, ſed *poet.* κάνειον, idem.

κρόμυον, τὸ, cepe, ſeu cepa.

ὄψον, opſonium,

ποτὸν, potio, potus; id quod bibitur, a πότος, ὁ, compotatio, a πίνω, bibo.

ἄλφιτον, farina. *& ſyncop.* ἄλφι.

ἀκτὴ, littus: item fructus, vel fruges, *ut hic.*

οὔατα, aliquando vaſorum anſæ.

πυθμὴν, ένος, ὁ, fundum, ima pars, *ut hic*: a πύθω, putrefacio, à quo & πύθιος, *cognomen Apollinis ob Pythonem occiſum.*

ἀμογητὶ *adverb.* ſine labore: ab α *privat.* & μόγος, labor.

πράμνειος, ſeu πράμνιος οἶνος, vini genus ſic dictum; a Pramniâ rupe in Icaro inſulâ, vel Pramniâ vite.

κνῆ, *Ion.* pro ἔκνη. *imperf. act.* à themate κνῆμι, rado, ſcalpo; quod a κνάω, idem: *a quo fit per contract.*

τυρὸς, οῦ, ὁ, caſeus: *hinc* τυρόω, coagulo, & cogo in caſeum

caſeum; *item* agito, turbo, commiſceo.

κνῆστις, ἡ, ε͂ως, culter quo propriè caſeum ſcindimus, a κνάω, rado: *hinc* κνήθω, κνηθιάω, κνηστιάω, & κνυστιάω, rado, prurio.

πολυκαγκὴς, έος, ὁ, ἡ, multum aridus: a κάγκανος, ὁ, aridus: *quod a* καγχαίνω, calefacio, arefacio.

πυνθάνομαι, interdum interrogo, quæro.

ἀναίτιος, inſons: *ab* α *privat.* & αἰτία, culpa.

κέαται *Ionicè* pro κεῖνται.

ἀπαὶ, pro ἀπὸ *poet.*

ἀέκητι, invito, adjungitur *genit.* ita etiam ἕκητι, ſponte, ultro: illud *poeticè* pro ἀκόντι: hoc pro ἑκόντι.

ἐπισχερὼ *adverb.* deinceps, ordine.

γνάμπτω, pro κάμπτω, *idem*: à *quo fit, idem* κνάμπτω: hinc γναμπτὸς, flexibilis.

βοηλασία, ἡ, boum abactio: a βοῦς, & ἐλαύνω, ago, abigo.

ῥύσιον, τὸ, quod loco ejus, quod ereptum erat cuſtoditur, & veluti pignus retinetur: a ῥύω, cuſtodio, ſervo, tueor.

ἤλιθα, *adverb.* fruſtra, incaſſum, exponitur, profuſè, confertim, largè, *ut hic,* & ſic ab ἅλις; ſed *primo modo ab* ἠλίθιος, ὁ, ſtultus, inſipiens.

συβόσιον, τὸ, grex ſuum, qui paſcuntur: a σῦς, & βόσις, ἡ, paſtus: a βόσκω, *ſeu* βόω, paſco.

αἰπόλιον, grex caprarum: ab αἰπόλος, caprarius: hoc vero ab αἲξ, ὁ, ἡ, capra, & πολέω, verſo.

δαιτρεύω, divido, a δαιτρὸς, ὁ, coquus, quod a δαίω, ante.

κακόω, malo ſeu damno afficio: a κακὸς, ὁ, malus, ignavus, ignobilis, imperitus.

ὑπερηφανέω, ſuperbio, inſoleſco, ab ὑπερήφανος, ſuperbus, elatus: ab ὑπερφαίνω, ſuper appareo.

νομεὺς, paſtor, a νέμω, paſco, νομεὺς, dator, tributor, poſſeſſor, a νέμω, tribuo.

θίω,

θέω περὶ τινὸς, *curro pro aliquo* (ι) dimico, pugno, periclitor, *ut hic.* θεύσεσθαι. Fut. 1. med. infin.

κάσχεθε, *Æolica Sync. p.* pro κατέσχεθε, a κατασχέθω.

ἀτέμβω, contriſto, triſtitia afficio: item privo.

πανσυδίη, idem quod πασσυδίη. 108.

κιάθω, a κίω, idem.

ἴδμεν *per Syncop.* pro ἰδέμεν: hoc autem *Ionicè* pro ἰδεῖν. Aor. 2. Act. Inf. ex εἴδω, ſcio.

βάλλω, aliquando dicitur de curſu fluminis, *ut hic.*

ἔνδιος, ὁ, meridianus, *eſt* & ἔνδιον, *quod ſubſtantivè ponitur pro* διατριβῆ, & ἔνδιον εὐφροσύνης, ſedes, domicilium.

ἀγελεία, ἡ, prædatrix, *Epithetum Palladis*: *at* ἀγελαῖος, α, gregalis, *ut hic.*

φαέθων, ὁ, ſplendidus, a φαέθω, idem quod φάω, luceo.

ὀδὰξ, mordicus: ab ὄδω

ἀσπιδὴς, in clypei modum rotundus.

ἔον, Aor. 2. *Poeticè* pro ἦον ab εἰμὶ, ſum, unde *Opt.* ἔοιμι.

ἀπόνημι, utilitatem ex aliqua re capio, fruor: ab ὄνημι, juvo.

μετακλαύσεσθαι, a μετακλαίω, fleo poſt.

χόρτος, ου, ὁ, fœnum, herba virens, cibus quicunque: item ſeptum, quo cincta eſt cors, *ut hic.*

ἄλεισον, τὸ, poculum: quaſi ὁ λεῖον, pocula enim emblematis & cælaturis ornata, ſunt aſperiora.

σημαίνειν, aliquando impero, *ut hic.*

σὺν δαίμονι, deo favente, proſperè.

προΐεντο, Ind. 2. Imp. a προΐημι.

φόως, *Metaph. uſurpatur pro* ſalute, auxilio & victoria: item φάος, & φῶς.

ἴσκω, aſſimilo, comparo, pro εἴσκω, idem, ab εἴκω.

ἀκμὴς, non fatigatus, non defeſſus, integer, à κάμνω.

ἐτετεύχατο, *Ionicè* pro ἐτετευγμένοι ἦσαν, à τεύχω.

νότιος, humidus, a νοτὶς, humor, ante.

κελαρύζω, murmuro, ſcaturio, vel cum murmure fluo.

οἰκτείρω, miſeror, commiſeror, ab οἶκτος, miſericordia.

ἄλκαρ, defenſio, ab ἀλκὴ, robur.

χρηΐζω, indigeo, pro χρήζω, idem a χρειά.

βοεία ſub. δορὰ, bubula pellis.

CLA.

# CLAVIS HOMERICA

## in M Iliadis.

Ἀπόρθητος, ὁ καὶ ἡ, non vaſtatus, non everſus, incolumis, qui vaſtari & dirui non poteſt, ab α *priv.* & πορθέω, idem quod πέρθω ante.

δάμεν, *Bœoticè* pro ἐδάμησαν.

βοάγειον, τὸ, ſcutum ex boum agreſtium pelle, à βοῦς, & ἀγρὸς, rus, ager.

ὅμοσε eundem in locum, eodem. ſimul, ab ὁμοῦ, ſimul.

ἁλίπλοος, ὁ, ἡ, mari natans: quod ab ἅλς, ἡ, mare, & πλέω, navigo. ἁλίπλοα τείχεα, muri ſupernatantes mari, vel demerſi in mari.

τρίαινα, ἡ, tridens, inſtrumentum piſcatorium, quo majores piſces figuntur: ideoque Neptuno attribuitur inſigne, tanquam piſcatorum & maris præſidi: a τρεῖς, οἱ καὶ αἱ.

θεμέλιον, τὸ, ſeu ος, ου, ſeu θέμεθλον, fundamentum: a θέμηλον, idem: a τίθημι. θεμείλιον, *poeticè*

pro θεμέλ. *ut hic.*

φιτρὸς, οῦ, ὁ, arboris caudex, truncus.

ὄπιθεν, in poſterum.

τίθημι, aliquando facio, *ut hic*, & ante *Il.* A. ἄλγεα ἔθηκε.

καναχίζω, ſeu έω, reſono, crepitum edo. παρὰ τὸ κενὸν ἀχεῖν, pro ἠχεῖν.

ἐελμένοι, *diſſolutâ diphthongo* ει *in* εε, *alij*, ab ἐλαύνω, ſeu ἐλάω, pello, compello, deducunt: nam ex ἔλασαι fit ἔλσαι, per Syncop. & protheſi τοῦ ε ἔελσαι: hinc ἔελμαι, ſine augmento: alii verò ab εἰλέω, volvo, involvo.

θηρευτὴς, & θηρευτὴρ, venator, a θηρεύω, feras venor, ante.

ταρφέα, frequenter, a ταρφὺς, frequens, ante.

χρεμετίζω, hinnio, *pro quo per Syncop.* χρεμίζω, idem: *hinc* χρεμετάω, & χρεμέθω idem.

χεῖλος, τὸ, labrum, *metaphoricè* tribuitur rebus inanimatis, navibus, poculis, vaſis, amphoris, & foſſis, *ut hic.*

δειδίζω, idem quod δείδω, ante.

κρημνὸς, ὁ, locus pendens, ſeu ſcopulus pendens: a κρεμάω, ſuſpendo.

ἐπηρεφὴς, έος, tectus, opacus: ab ἐρέφω, tego.

ἀρήρειν, *pluſquamperf. med. & altero augmento* ἠρήρειν; *à præt. med.* ἦρα. *Att.* ἄρηρα, ab ἄρω.

ἀλεωρὴ, idem cum ἀλεὴ, evitatio: ab ἀλέω, molo, vito congrego, tutamen. propulſio, *ut hic.*

εὔτροχος, ſeu εὔτροχος, bene currens, velox, agilis: ab εὖ, & τρόχος, curſus, a τρέχω, curro.

μενοινάω, ante 249.

τιτρώσκω. F. τρώσω, tanquam a τρώω, vel τρῶ, vulnero, ſeu cutem telo pertundo, à τείρω *per Syncop.*

νώνυμος, ὁ, ἡ, obſcurus, non nominatus, inglorius, *poet. pro* ἀνώνυμος, & νώνυμνος, idem, *metri gra. ut hic.*

παλί-

παλίωξις, pro παλιδίωξις, ἡ, inſecutio: a πάλιν & διώκω, inſequor, perſequor.

ἀπήμων, ὁ, ἡ, nullo damno affectus, incolumis: item, non nocens, ſalutaris, proſper, a πῆμα, τὸ, damnum, exitium, & *α privat.*

ἀγερέθω, pro ἀγείρω, congrego.

πενταχῆ, quinquefariam, quinque modis: πένταχα, idem.

διακριδὸν, diſcretè, diſtinctè, eximiè: a διακρίνω, diſcerno.

ἄραρον. Aoriſt. 2. *per reduplicationem*, pro ἆρον; quod depoſito augmento eſt, ἦρον, ab ἄρω, apto, accommodo.

βῶς. in Fœm. pellis bovina, *ut hic*: hinc βόεσσι, pro βουσί.

λελιημένος, cupidus. Part. præt. paſſ. ex activo λίω, fact: ex λῶ, volo.

ἔχω, pro ἀνέχω, ſuſtineo.

ἀμώμητος, ὁ, ἡ, inculpatus: ab *α privat.* & μωμάομαι, increpo.

δυσώνυμος, ὁ, ἡ, cui malum & infauſtum eſt nomen, *& generaliter* infauſtus, triſtis, infœlix, *ut hic*: a δὺς, & ὄνομα.

νείσσομαι, ſeu νίσσομαι, eo, redeo, a νέω, idem.

ἀναπεπταμένος, apertus: vide πέπταντο, 179.

ὑετὸς, ὁ, pluvia, ab ὕω, pluo.

αὖος, ὁ, aridus, ab αὔω, ſicco.

δέχαται, pro δεδέχαται: hic autem pro δεδεγμένοι εἰσὶ, a δέχομαι.

κολοσυρτὸς, ὁ, confuſanea multitudo, tumultus, à κόλον, magnum, & σύρω, traho. *Euſtath.* μέγας θόρυβος: aut ſecundum alios propriè ille ſtrepitus qui excitatur quum virgularum ſtrepularum faſces per ſerram trahuntur: a κολούω, imputo.

κόμπος, ὁ, crepitus, propriè apri dentes acuen-

tis, ſonitus ſaltantis: hinc κομπέω, reſono.

ἔραζε, ad terram.

δοχμῶς, & δόχμιος, obliquus.

ζαὴς, ὁ, ἡ, vehementer flans, ab ἄω, flo, ſpiro, & ζα in comp. ſ. valdè.

δονέω, agito.

ἄϋτευν pro ἄϋτουν ſonabant, ἀϋτέω, quod ab αὔω, clamo.

μύλαξ, ὁ, lapis molaris: idem, μυλίτης, & μυλίας: ἀ μύλη, mola. eſt in genere, lapis, *ut hic.*

ἄλαστος, *Dor.* pro ἄληστος, ὁ, ἡ, cujus erit memoria perpetua; ab α & λανθάνω; item, qui mala quorum obliviſci non poſſumus, intulit; hinc ἀλαστέω, indignor propriè ob mala, mœrore afficior.

σφὴξ, ὁ, veſpa, ἀπὸ τῆς διασφάγος, quoniam inſectæ in medio ſunt veſpæ.

οἰκίαι & τὰ οἰκία dicuntur aliquando nidi, avium domicilia, *ut hic.*

παιπαλόεις, ὁ, præruptus, aſper, pulverulentus, *ut hic*; ἀ παίπαλα, τὰ, *in plurali numero*, locus præruptus, ab αἰπὺς *pleonaſmo* τοῦ π.

ἁλῶναι, *infinit. à ſecundo aoriſt.* ἑάλων, *atticè* pro ἥλων, ab ἁλίσκω, capio. hoc autem ἑάλων, ἥλων, *Inf.* ἁλῶναι, *part.* ἁλοὺς, ſunt omnia vocis activæ, paſſivæ tamen ſignificationis, quod etiam frequentiſſimum eſt in compoſitis ab ἵημι.

θεσπιδαὴς divinitùs ardens, aut divinitus lapſus: ἀ θεὸς, & δαίω, uro.

ἀκαχείατο *Poet.* pro ἀκαχέατο, quod *Ionicè* ponitur pro ἀκάχηντο triſtati erant, ab ἀκάχημαι ante.

τυγχάνω, aliquando conſequor, aſſequor, contingo, propriè de jaculantibus qui propoſitam metam telis ad eam directis attingunt, ut hic & ſæpe ante, generaliter etiam aſſequor, nanciſcor, obtineo,

tineo,&c. *Fut.* τυχέσω, *ut ante.*

αὐτοσχεδὸν, propè, cominus, hinc αὐτοσχέδιος, qui prope eſt, ex tempore factus, tumultuarius; αὐτοσχεδία μάχη pugna quæ cominus fit, & αὐτοσχεδίην, ſæpe uſurpatur adverbialiter, *ut hic*, à σχέδιος, idem, a σχεδὸν, prope.

ὑψιπέτης altivolans, ab ὕψος & πέτομαι.

δῆμος aliquando adjectivè, qui eſt ex plebe, plebeius, *ut hic.*

ὑποκρίνω, *hic*, interpretor.

θεόπροπος, idem cum θεοπρόπης ante: item vates divinus. item, qui oraculum conſulit.

ζόφος, ου, ὁ, caligo, tenebræ, occaſus ſolis, *ut hic*, *fit à* νέφος, idem.

μενεδήϊος, ὁ, ἡ, audax, bellicoſus; à μένος, & δήϊος, ὁ, quod à δηΐω, vaſto, incedo.

μαχήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, pugnax.

παρφάμενος, pro παραφάμενος, a φημὶ, dico.

θέλγω, mulceo, demulceo.

κροσσὸς, ὁ, fimbria, limbus. κρόσσαι, *metaph.* pinnæ murorum aut turrium, *ut hic.*

ἔπαλξις, ἡ, propugnaculum muris ab ἀλκὴ, robur.

μοχλεύω, quod aliquando etiam μοχλέω, aliquando μοχλόω, vectibus avello, vel moveo, à μοχλὸς, vectis quo aliquid movetur, ab ὀχλεὺς, idem, quod ab ὀχλεύω, moveo.

ἔχμα, τὸ, retinaculum, vel potius junctura; id, quo res duæ cohærent, ſtabilimentum, idem ὄχμα, τὸ, ab ἔχομαι, vel ab ἴσχω, teneo, detineo.

φράσσω, ſeu φράττω, ſepio, munio, addenſo.

κελευτιάω, poeticum pro κελευστιάω, metri gratia, idem quod κελεύω, a κελευστὴς, juſſor, hortator.

μεσσήεις, εντος, ὁ, Poet. Mediocris. a μέσος, medius.

χερειότερος, deterior, Poet. pro χείρων, eſt etiam χερείων, χειρότερος, χειροτερὴς, χερείων pro eodem.

ὁμοκλητὴρ, adhortator, objurgator, minax, ab ὁμοκλὴ, hortatio, comminatio, ab ὁμοῦ & κέκλομαι: unde ὁμοκλάω, ſeu έω, hortor vociferando, minaciter clamo, increpo.

νιφάδες χιόνος, grumi nivis.

κῆλον, τὸ, *proprie* lignum jaculi: *figurativè* ligneum jaculum, ſagitta; à κᾶλον, lignum; quod à καίω, ſeu κάω, uro.

λωτόεις, ὁ, loto abundans, hinc λωτόεντα, & *Att.* λωτοῦντα, *ſed Dor.* λωτεῦντα, à λωτὸς, ὁ, lotus, arbor quædam: eſt & ex herbarum genere, ut ante.

πλάζω, per *Syncop.* pro πελάζω, appropinquo, accedo: hinc προσπλάζω, pro προσπελάζω, idem, a πέλας, prope.

πωτάομαι pro ποτάομαι, volo, volito, & *metaphoricè* de rebus quæ rapido curſu feruntur, tam inanimatis quam animatis dicitur, a πέτομαι idem.

εἷλιξ, vel ἕλιξ, ἡ, circumvolutio, volumen, capitur etiam adject. pro intorto, & implicito. ἕλικες βόες, dicuntur apud Poetas, vel nigri, vel flexiles, vel à retortis carnibus, vel a crurum flexu, ut Grammatici annotant.

ἐξήλατος, ὁ, extenſus, extrinſecus obductus, ab ἐλαύνω, ductile opus facio.

χαλκεὺς, έως, ὁ, faber ærarius, vel ferrarius, a χαλκὸς, æs.

ῥάβδος, ἡ, virga. eſt in clypeis, ſuturæ in ambitu ſcuti, virgis ſimiles, *ut hic.*

κρεῖον, aliquando idem quod κρέας.

δόμος, ου, ὁ, domus, caula in ſpecie, *ut hic.*

βώτωρ, idem quod βωτὴς, paſtor, a βόσκω, paſco.

ἄκων, ὁ, telum miſſile, *à præt.* εἶκα, *Bœotorum more* pro ἧκα, ab ἵημι, mitto, vel ab ἀκὴ, mucro, cuſpis.

πυρ-

πυρφόρος, ignem ferens, a πῦρ, ignis, & φέρω. item, triticum ferens, ferax, a πυρὸς, triticum.

καυστειρὸς, ſeu καυστηρὸς, ardens, a καίω.

ἐξαίρετος, ὁ, ἡ, exemptus è numero, electus, eximius, ſed per *Syncop.* ἔξαιτος, ὁ, idem.

ἀγήρως, ω, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀγήραος ante, Senectutis expers, Accuſativus ἀγήρω, ſine ν reperitur, & in maſculino & fœminino, aliquando etiam ἀγήρων, cum ν. in neut. ἀγήρων, aliquando ἀγήρω.

πετεῶο, *Atticè* pro πετεῶ, a πετεώς.

ἄρης, *gen.* τοῦ ἄρου, vel ἄρητος, ἄρεος: craſi ἄρως, ἄρηος, ἄρεως, & ἄρειος, aliquando vulnus, plagam, item cædem ipſam quæ fit vulnerando ſignificat.

ἀκόρητος, inſatiabilis.

βῶσαι & βώσομαι, ac βώσεσθαι, apud Poetas ſæpe reperiuntur pro βοῆσαι, βοήσομαι, & βοήσεσθαι, per contractionem facta.

ἐπώχετο. perſ. ſingul. imperf. ab ἐποίχομαι.

ζαχρηής, valide acris, magno cum impetu irruens & invadens, a particula ζα, & χράω invado furioſè, idem quod ἐπιπίπτω.

*ἅμα regit dat.*

μάρμαρος, albus, vel ſubſtant. ſumitur pro μάρμαρος λίθος, *ut hic*, a μαρμαίρω, ſplendeo, rutilo, nam quæ candicant, ea ex ſe ſplendorem vibrant. eſt & aliud genus lapidis.

ἀράσσω, ſeu ἀράττω, amputo, abſcindo, propriè διὰ τοῦ σιδήρου, pulſo, tundo, illido; *metaph.* de verbis probroſis *dicitur.*

ἀρνευτὴς, ὁ, urinator.

γυμνὸς, ὁ, nudus: hinc γυμνόω, denudo.

βραχίων, ονος, ὁ, brachium, lacertus, quaſi βραχυκίων, vel quod ſit βραχίων, i. e. βραχύτερος τοῦ λοιποῦ μέρους τῶν χειρῶν.

δηριάω, contendo, rixor, pugno, à δῆρις, ἡ, contentio,

tentio, pugna, prælium: hoc autem à δαΐζω, cædo, verbero, vel à δαίω, divido.

ἐπίξυνος, ὁ, ἡ, communis, promiſcuus, a ξυνὸς, ὁ, communis.

πτερόεις, ὁ, volatilis, velox, levis, *ut hic.*

ἐῤῥαίδαται & ἐῤῥαίδατο, *Ionicè* pro ἐῤῥασμένοι εἰσὶ, & ἦσαν, tertia perſ. plu. præterit. & pluſquam perf. Paſſ. ex tertia ſingulari ἔῤῥασται, correpta primo penultima auferendo σ, deinde ante τ inſerendo δα. a ῥάζω idem quod ῥαίνω, in hunc modum ἀγωνίδαται, & ἀγωνίδατο, ab ἀγωνίζομαι, κεχωρίδαται, à χωρίζομαι, πεφράδαται, a φράζομαι, ἐσκευάδαται a σκευάζω, & ὠνομάδαται, ab ὀνομάζομαι, &c.

χερνῆτις, ἡ, mulier victum quærens, nendo manibus, a χείρ, manus, & νέω, neo. χερνήτης maſc. item generaliter manibus quæſtum faciens.

σταθμὸς, aliquando ſtatera, libra, *ut hic.* & tum derivatur ab ἵστημι appendo.

ἰσάζω, adæquo ab ἴσος, æqualis.

ὀχλίζω, moveo, vel vecte impello, & protrudo, ab ὀχλεύω, idem. h. ὀχλίσσεια, *aor. a. optat. Att.*

ἔρυμαι per *Syncop.* pro ἐρύομαι, apud Poet. cuſtodio, ſervo, tueor, & ἔρυσθαι pro ἐρύεσθαι, εἴρυντο pro εἰρύοντο.

δικλὶς, ίδος, ἡ, fores geminæ, portæ bifores, valvæ bifores, αἱ δὶς, vel διχόθεν κλειόμεναι, a δὶς, bis, & κλεὶς, clavis, à κλείω, claudo, obſero.

ὀχεὺς, ὁ, vectis, ab ἔχω. ὀχῆες ἐπημοιβοὶ, vectes proximi, adeo ut ſeſe invicem corroborent.

ἐπημοιβὸς, ὁ, alternans, ab ἀμείβω, alterno.

θαιρὸς, ὁ, cardo, ἀπὸ τοῦ θέειν δι' αὐτοῦ τὴν θύραν.

ἄλλυδις, alibi, alio.

ὑπώπια, ſubintelligitur κατ', ab ὑπώπιον, aſpectus, q.d. ſuboculare, pars quæ ſubjacet oculis.

ἕεσο,

ἕεστο, pro εἷστο, *pluſquam perf. paſſ. poet. longam vocalem in duas breves ſolvendo*, ab ἕω, induo.

νόσφι θεῶν, exceptis diis.

χεύω, & χύνω, idem cum χέω, *à quo fit.* a χύω, *præt. paſ.* κέχυμαι, *pluſq.* ἐκεχύμην, *ablato aug.* ἐχύμην, unde ἔχυντο, & ἐσέχυντο, *hic.*

φοβέονται, in fugam vertor, timeo, a φόβος, quod a φέβομαι, fugio, metuo. ἐφόβηθεν, pro ησαν. *Æol.*

ἀλίαστος, ὁ, ἡ, inevitabilis, vehemens, non deſinens; *ab α privat.* & λιάζω, agito, jacto, turbo, admodum propero, ſeparo: hinc λιάζομαι, ſeparo me, declino, devito, diſcedo.

CLA-

# CLAVIS HOMERICA

## in N Iliadis.

ΑΓχίμαχος, comminus pugnam iniens, pro quo ἀγχέμαχος uſurpatur euphoniæ gratia. ab ἀγχι ante & μάχομαι.

γλακτοφάγος per Syncop. pro γαλακτοφάγος lacte victitans, a γάλα, τὸ, lac, & φάγω.

ἄβιος, ὁ, ἡ, cui non ſuppetunt ad victum neceſſaria; ab α *privat. item*, dives, longævus, ab α *epitat.* & βίος, ὁ, vita. eſt & ἄβιος, valde robuſtus; item, non violentus; à βία, ἡ, vis, robur, violentus impetus.

λίμνη, mare, *ſæpe ut hic.* propriè ſtagnum, palus, lacus.

πτύσκομαι, intenſiſſimè dirigo. dicitur *in Paſſ. voce*, aliquid πτύσκεσθαι. expon. paro. *ut hic.*

ἀτάλλω, ſeu ἀτιτάλλω, delicatè nutrio tanquam tenellum puerum, adoleſco, creſco, expon. *hic*, exulto: idem ἀπιτάλλω, ab ἀταλὸς, tener, juvenilis, quod

quod à τὸ τλῆναι, cum α privat.

κευθμὸς, ὁ, ſeu κευθμὼν, ὁ, locus, qui aliquem occultat, latibulum, a κεύθω, occulto: pro quo etiam *Æolic:* κευσμὸς.

διαίνω, humecto, irrigo; παρὰ τὸ δία, ponitur enim ζεὺς, apud Græcos pro aere, ut & apud Latinos, ſub dio, ſub Iove frigido: ut τὰ ἐκ διὸς ὕδατα pluviales aquæ.

σκαρθμὸς, ὁ, ſaltus, à σκαίρω, ſalto, ſalio, unde εὐσκαρθμος, bene ſaltans, item agilis, pernix.

ἄῤῥηκτος, infractus, infragilis, ab α & ῥήγνυμι.

ἄλυτος, inſolutus, inſolubilis, a λύω, ſolvo.

ἄμοτον, *hic adverb.* perpetuò, ab ἄμοτος, ante.

ἀβρόμος, ὁ, ἡ, ſtrepitum magnum edens; valde vociferans, multum clamans, quaſi ἅμα βρόμῳ, à βρόμος, fremitus ingens, quod à βρέμω, fremo, & α epitat.

ἀΐαχος, clamoſus, valde reſonans, quaſi ἅμα ἰαχῇ, vel talem clamorẽ edens, qualem canes latrantes: nam αὖ, αὖ, ſunt voculæ fictitiæ ad imitationem latratus canum.

κρυερὸς, ἡ, ὁ, frigidus, horrendus, horribilis, dirus, triſtificus, lethalis, a κρύος, frigus.

λυσσώδης, rabidus, furioſus, rabioſus, a λύσσα ante.

ἐρωέω, aliquando inhibeo, repello, *ut hic.*

ὠκύπορος, velox, celer, cito permeans, ab ὠκὺς, & πόρος, ante.

σκηπάνιον, *Ion.* ήνιον, *Dor.* σκαπάνιον, ſceptrum, à σκήπτω, innitor.

κεκοπὼς, Præt. med. verbi κόπτω, aliquando tundo, percutio, pulſo, ferio, *ut hic.*

ἴρηξ, *Ion.* pro ἱέραξ, ὁ, accipiter, παρὰ τοῦ ἱέσθαι ῥᾷον, (i) φέρεσθαι, quod perniciſſima ſit volucris.

περιμήκης, ὁ, ἡ, valde altus, valde longus, à μῆκος,

μῆκος, longitudo.

ὄρνεον, avis, ales, ab ὄρνις, idem.

ἴχνιον, τὸ, veſtigium, ab ἴχνος, τὸ, veſtigium (i) ima pars pedis, ſed ſæpiſſimè capitur pro veſtigio, (i.) ſigno pedis incedentis, expon. pro ipſo pede, vel pro inceſſu, *ut hic*.

μενοινώω, vel νέω, pro μενοινάω.

τελευτάομαι, aliquando evenio, *ut hic*.

φυζακινὸς, fugax, a φύζα, ἡ, fuga.

πάρδαλις, ἡ, panthera, a πάρδος, ὁ, pardus, idem πάνθηρ, ὁ.

ἤιον, τὸ, eſca, viaticum, ab εἴω, eo.

ἐπὶ χάρμῃ, *intellige* parati.

μεθημοσύνη, ceſſatio, negligentia, à μεθίημι.

ἐτήτυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἔτυμος, verus, ex eoque factum per Epentheſin ſyllabæ τη. Neut. gen. ἐτήτυμον adverbialiter uſurpatur aliquando, *ut hic*.

λαοσσόος, ὁ καὶ ἡ, qui populum impellit, aut concitat, belli præſes, aliquando Martis Epitheton, aliquando Minervę, *ut hic*, a λαὸς, populus ante, & σόος, impetus, quod eſt a σείω, eſt etiam λαοσόος, ὁ, populum ſervans, a λαὸς, ὁ, & σώω.

φράσσω, ſive φράττω. F. ξω. ſepio, munio, item obſtruo, obthuro; item addenſo, conſtipo, *ut hic*.

προθέλυμνος, *hic*, craſſus, denſus.

ψαύω, tango, contrecto, pervenio; a ψάω, appropinquo, accedo, tango: eſt etiam ψάω, abſtergo radendo, detergeo, in tenues partes comminuo; uro, calefacio.

προὔτυψαν, *Att.* pro προέτυψαν.

ὁλοίτροχος, pro quo ὀλοοίτροχος, ὁ, omni ex parte rotundus, in modum rotæ; ab ὅλος, & τρέχω, aut ab ὀλοὸς, ſecundum *Euſtath.* & tum ſignificat perniciosus in currendo.

πτύσσω,

πτύσσω, hic ad haſtas applicatur quæ adeo flexibiles ſunt, ut duplicari videantur evibrando concuſſæ.

στεφάνη, aliquando dicitur cacumen montis, *ut hic*.

ἀσφαλὴς, minimè lubricus, tutus, qui non poteſt everti, ſine impedimento aliquid faciens, a quo ἀσφαλέως, *adverb.* a σφάλλω, aliquando averto.

ἔμπεδον, aliquando conſtanter, continuo, *ut hic*.

ἰσόπεδον, planities, æquus campus, ab ἰσόπεδος, planus, quod ab ἴσος & πέδον.

ἀμφίγυος, epitheton haſtæ, quæ poteſt utrinque lædere γυῖον, membrum.

σφείων, *poet.* pro σφῶν.

πυργηδὸν in modum turris.

κοῦφος, ὁ, levis, (*i*) non ponderoſus; vel levis, (*i*) remiſſus, languidus.

ὑπασπίδιος, ὁ, clypeo tectus, ab ἀσπὶς, clypeus.

προποδίζω, procedo, progredior, a ποὺς: hinc ἐμποδίζω, pedes implico, & per conſequens, impedio.

καυλὸς, caulis, item in haſta ligni extremitas quæ cuſpidi immittitur, in enſe ea pars, quæ manubrio pro induitur.

ἀκοντίζω, jaculor, (*i*) peto telo, ſeu ferio, *ſic ſæpè regit g. perſonæ, ſubaudita præpoſ.* κατὰ, ab ἄκων, idem pro ἄκνς, ὁ, telum.

ἤλευα, *Poet. & Æolic.* pro ἤλευσα, Aor. 1. Act. eſt etiam in medio ἠλευάμην pro ἠλευσάμην, ut ἔχευα ἔχευσα, ante.

καρχαρόδους, habens denſos, aſperos, & acutos dentes; a κάρχαρος, ὁ, aſper, quod a χαράττω: hinc κάρχαρον, pro καρχαρόδουν, *dicitur* de cane.

ῥωπήϊον, τὸ, locus virgultis plenus, a ῥὼψ, virgultum, a ῥέπω, vergeo, propendeo.

γαμφη-

γαμφηλαὶ, malæ ſeu maxillæ; idem γαμφαὶ, αἱ, à γαμψὸς, incurvus, inflexus, pro καμψὸς, ὁ, idem, à κάμπτω, flecto, incurvo, exoro, de ſententiâ deduco.

κορυϛὴς armiger, armatus miles, bellator, a κόρυς, ante.

σφαιρηδὸν, in modum pilulæ, inſtar globi, à σφαίρα, ſphæra, globus, item pila.

νέον, nuper.

ἰγνύα, ἡ, poples (ι) poſterior pars genu.

ἀναδύω, exiſto, emergo, ſurſum erumpo, recedo, ſeu retrocedo, & hic. ἀνδύομαι, idem, pro ἀνὰ.

μέλπηθρον, τὸ, ludibrium. μέλπομαι, ludo, tripudio.

συμφερτὸς, ὁ, collatus, conſertus, congeſtus, à φέρω & σὺν. συμφερτὴ ἀρετὴ, intellige proſit.

ἀμπόνον, pro ἀνὰ πόνον.

δήω, invenio, *ſed ſæpius futuri habet ſignificationem, ut hic.*

γανόω, lætitiâ afficio, ſplendeo; à γάνος, τὸ, lætitia, ſplendor, *ut hic.*

μετοκλάζω, flexis genibus ſuccumbo, ab ὀκλάζω, idem, *ſed Metaph.* labaſco, ſuccumbo, vel deficio.

πατάσσω, cum ſtrepitu palpito; item, percutio, ferio: hinc πάταγος, ὁ, fragor, ſtrepitus, fremitus, *invenitur* & παταγή.

δαΐς, ίδος, ἡ, fax accenſa, item pugna, in δαΐ, eſt *Apocope* pro δαΐδι.

χεῖρας ὄνοιτο, *intellige*, quis.

βλείμην, βλεῖο, βλεῖτο. Aoriſt. ſecund. opt. Med. à βάλλω, jacio.

νηδὺς, ἡ, venter, cibi receptaculum, uterus, ut alveus, *lat. pro utero ſumitur.*

ὀαριϛὺς, ἡ, confabulatio, propriè maris cum fœminâ, ſed in genere, pro quacunque ſumitur, *ut hic.*

vel

vel turba, ab ὄαρ, ἡ, conjux, pro ὄαρες, contractè dicitur ὦρες. ὄαρ, dicitur quaſi ὁμόαρ, παρὰ τὸ ὁμοῦ ἀρηρέναι γάμῳ.

νηπύτιος, ὁ, infans, à νήπιος, idem.

ὑπερφιάλως, aliquando pro μεγάλως, ὑπερφυῶς.

ἔλπομαι, aliquando exiſtimo, puto, *ut hic*.

σταδίος, ſtabilis, ſtatarius: hinc σταδίη μάχη, ſtataria pugna, *ut hic*, ab ἵστημι.

ἐλόωσι, *poet.* pro ἐλῶσι, ab ἐλάω, quo *poetæ* pro ἐλαύνω utuntur, & Præſenti pro futuro.

ἐσσεῖται, *poet.* pro ἐσεῖται, hoc autem, *Doricè*, pro ἔσεται. Fut. 1. verb εἰμί. Dores enim Fut. Act. & Med. circumflectunt.

δαλὸς, ὁ, torris, pro quo δαυλὸς, idem, à δαίω, uro.

ἀκτὴ, littus. fructus, ſeu fruges, *ut hic*.

δημήτηρ, ἡ, & δημήτρα, ἡ, Ceres dicitur, quaſi γημήτηρ, dea frugum, *metonymicè*, pro ejus muneribus.

αὐτοσταδία, ἡ, pugna ſtataria.

φθισίμβροτος, pernicioſus: fit a φθίω, ſeu φθίνω, corrumpo, item, corrumpor, perdor, & βροτὸς, mortalis.

ἀμέρδω, privo viſu, excæco, item obſcuro, obtundo, offuſco, perſtringo viſum, ab α *privat*: & μέρδω, intueor, video ante.

νεόσμηκτος, ὁ, nuper terſus, σμάω, vel σμήχω, abſtergo: item purgo.

ἀμφὶς φρονεῖν, i. e. διχονοεῖν, διχοφρονεῖν, diſſentio, diſcordare.

ὑπεξαναδὺς, emerſus, ab ὑπὸ, ἐξ ἀνὰ, & δῦμι.

ἀμφαδίην, palam: ab ἀμφαδὸν, ante.

πεῖραρ, vel πεῖρας, idem cum πέρας, τὸ, finis, terminus funis *ut hic. adverbial.* tandem, denique.

μεσαιπόλιος, ſemicanus, qui medium canæ ætatis

ῥis attigit, a μέσ⊙-, ante, & πολιός.

ἔνδον ἐών, aliquando qui adeſt, *ut hic*.

αἰνίζομαι, idem quod αἰνέω, laudo, aliquando admiror.

ὀπυίω, ineo, coeo, expon. uxorē habeo. ἐμὴν pro ἐμ.

συνωθέω, ſimul detrudo, *item general.* cogo, coarcto; ab ὠθέω, trudo, at συνθέμεθα, Aoriſt. β. ſub à σὺν, & ἵεμαι. συνίεμαι, hic paciſcor, convenio.

ἐεδνωτὴς, *pleonaſ.* τῦ ε, pro ἐδνωτὴς, ὁ, ſocer, (1) qui filiam dat additâ dote, ab ἔδνα, des, pro quo ἕεδνα idem, vel cum tenui, ἔεδνα, idem.

ἀμύντωρ, ὁ, ἡ, vindex; ab ἀμύνω, aliquando ulciſcor.

λαιμὸς, ὁ, guttur, gula.

ἀχερωΐς, ἡ, populus alba.

πίτυς, ἡ, pinus.

βλωθρὸς, ὁ, altus, excelſus, à βλώσκω, advenio, venio.

νεήκης, ὁ, ἡ, recenter acutus, ab ἀκὴ, cuſpis.

βρύχω, frendeo, ſtrideo, ſed βρύκω, mordeo, rudo, devoro, ſed βρύω, ſcateo, pullulo.

δράσσω, ſeu ττω, prehendo, manu corripio: hinc δράγμα, τὸ, manipulus. κόνι⊙- δεδραγμέν⊙- αἱματοέσσης, i.e. ἀπρὶξ ἐχόμεν⊙- τῆς γῆς, χερσὶν ἢ ὀδοῦσι. *Euſtath.*

ἐάλη, convolutus eſt, involvit ſe, occultavit ſe, contraxit ſe, *Atticè* vel *Ionicè* pro ἥλη, ab εἴλω, cujus Aor. Paſſ. *Ionic*: ἄλην & *pleonaſ.* τῦ ε ἐάλην, *aut communiter* ἤλην, *& Diæreſi* ἐάλην. unde & Particip. ἀλεισέντ⊙- Secund. *Phaborinum*, aut ab ἀλῶ, declino, vito, &c. *Secund. Suidam.* aut ἐάλη *per metaplaſm.* pro ἑάλω, quod eſt *Attic.* pro ἥλων. Indef. 2. verbi ἁλίσκω, capio: ſed ἥλων, captus ſum.

καρφαλέ⊙-, ὁ, ſiccus, aridus, a κάρφω, ſicco, arefacio, *expon.* ſordidum reddo.

ὀπι-

ἐπέδρεξας, Aor. 1. ἐπιτρέχω, percurro, item per ſummas partes curro, incurro, incurſo, attingo, ſupervolo, *ut hic.* nam τρέχω habet duo Fut. δραμοῦμαι, & θρέξομαι.

ἄτιτος, inultus, à τίω.

πομπὸς, qui aliquem deducit ſeu tranſmittit, comes, a πέμπω, mitto.

πεδάω, pedicis vincio, a πέδη, pedica, vinculum pedum, à ποὺς, & δέω, ligo.

ἀλέαϲθαι, ſæpe pro ἀλεύαϲθαι, ab ἀλεύω.

ὑψιπέτηλος, folia in cacumine gerens, item altus, excelſus, *ut hic,* a πέταλον, *Ionic.* πέτηλον folium, propriè quod eſt in amplitudine expanſum, quod à πετάω, pando.

ἐπεπήγει, *præt. plusq. med.* à πήγνυμι, figo.

ἐρείκω, frango, contundo, ſcindo, idem quod ῥήσσω.

οὐρίαχος, idem quod σαυρωτὴρ, ὁ, ferrum, quo ima haſtilis pars præfixa eſt, ab οὐρὰ cauda, quaſi οὐρὰ τοῦ δόρατος. οὐρὰ enim cauda, tribuitur omnibus irrationabilibus, avibus exceptis. in agmine extremum agmen, navis quoque prora οὐρὰ *dicitur.*

ἑταιρίζω, ſodalis fio, ἑταιρίζομαι, aſſocio mihi; ab ἑταῖρος, ſocius. pro ἑταιρίζω, *poet.* ἑταιρίζω.

δοάσσατο ſecundum quoſdam pro δοιάσατο detracto ι, & geminato σ, à δοιάζω, dubito, conſulto, delibero: ſecundum alios pro ἐδόξασατο ξ exempto & *Æolicè* σ geminato, a δοξάζω, exiſtimo.

δεῦτε, huc agitè, *adverb.* hortantis, *& accerſentis,* à δεῦρο, & δευρὶ, *huc.*

Pro γενοίμην, & 1 Plur. γενοίμεθα. *Poetæ & Iones* dicunt γεγνοίμην & γεγνοίμεθα.

βοτάνη, herba, gramen, a βόω, ſeu βόσκω, paſco.

Κραδάω, aliquando vibro, quatio, à quo Κραδαίνω, idem. κράδη, folium.

ἔντερον, τὸ, inteſtinum, ab ἐντὸς, intus, intra.

βάδην, gradatim, pedetentim, lento gradu, à βαίνω.

πέπυστο, pro ἐπέπυστο, detractione accentus, Pluſquam perf. paſſ. a πυνθάνομαι, audio.

βριήπυος, vehementer clamans, Martis Epith. quaſi βριαρῶς ἠπύων: ἠπύω, ſono, clamo, pro ἀπύω, idem.

βόμβος, ὁ, bombus, ſonus, quem edunt apes: hinc βομβέω; fit per *Onomatop.* a *litera* β. transfertur autem ad alios ſonos, *ut hic.*

νεούτατος, recens vulneratus ſeu ictus, a νέος, & οὐτάω.

ἑάφθην, *Ionica Dialyſi* pro ἥφθην, Aor. 1. Paſſ. ab ἕπομαι ſequor: eſt etiam ἑάφθην, pro ἥφθην, *poet.* ab ἅπτομαι, *ſed hoc* ab ἕπομαι.

θυμοραιστής, ὁ, animum deſtruens: a ῥαίω, deſtruo, & θυμοραΐστης, idem.

φλέψ, βὸς, ἡ, vena; metap. φλέβες ὑδάτων, venæ aquarum.

ἀμενηνόω, imbecillum reddo; ab ἀμενηνὸς, imbecillus, invalidus, idem, ἀμενής, ὁ, ἡ, ab α *privat.* & μένος.

κυανοχαίτης, cujus ſetæ cyanum referunt, crines cæruleos vel nigricantes habens, a κύανος & χαίτη ante.

σκῶλος, ὁ, ſpinæ genus, quod in igne verſatum & candefactum validius evadit, aliquando pali ſpecies, quem ruſtici ubi exacuerunt, & igne verſarunt, teli loco uſurpant. accip. pro ligno aut ſpinâ acutâ; metaph. impedimentum, a σκέλλω, arefacio.

αἰδοῖον, τὸ, inguen, *in plur.* pudenda, eſt & αἰδοῖος, venerandus, ab αἰδώς, ἡ, pudor, reverentia, inguen.

ἄρης, hic vulnus, plaga.

ἰάλλω,

ἴλλω, oculis niveo, vincio, conſtringo, ἰλλὰς, ὁ, vinculum.

ἀράσσω, abſcindo, amputo, pulſo, tundo, illido, *metaph.* de verbis probroſis dicitur. dicitur ῥάσσω, *pro eodem*.

πτύον, τὸ, ventilabrum (*i*) inſtrumentum, quo ſemen à pulvere & aceribus repurgatur; a πτύω, ſpuo, metaph. contemno. *poet.* πτυόφι, abjecto: *at in os, quintæ, os vertitur in* ες, *ut* στῆθος, στήθεσφι, ὄχος, ὄχεσφι, ut ante dictum eſt.

κύαμος, ου, ὁ, faba.

ἐρέβινθος, ὁ, cicer.

λικμητὴρ, & λικμητὴς, ὁ, ventilator, qui vanno frumentum purgat, a λικμὸς, ante.

ἄωτον, ου, τὸ, flos, per metaph. præſtantiſſimum rei cujuſlibet, ut οἰὸς ἄωτον, ſumitur & pro ἔριον, τὸ, lana *tantùm ut hic.*

σφενδόνη, ἡ, funda; eſt & ornamentum quoddam muliebre.

ἀξίνη, ſecuris ab ἄγω, frango.

ἐλάϊνος, ὁ, ex olivâ arbore factus, oleaginus; ab ἐλαία, ἡ, olea, fructus ejuſdem.

πέλεκκον, τὸ, manubrium, ſeu capulus bipennis; a πέλεκυς, ὁ, ſecuris.

ληκέω, ſono, crepo, Aor. β. ἔλακον, *præt. Med.* λέλακα.

ὀρχηθμὸς, ὁ, ſaltatio; ab ὀρχέομαι, ſalto, tripudio.

ξείνιος pro ξένιος, hoſpitalis, ad hoſpites ſeu peregrinos pertinens.

σκώληξ, ὁ, vermis.

ταθεὶς, Partic. Aor. 1. Paſſ. ἐτάθην ex τείνω. præt. perf. τέτακα.

θωὴ, mulcta, damnum alicui impoſitum.

γναθμὸς, idem quod γνάθος mala, maxilla, & ab

ab eo formatum, interjecto μ.

χθαμαλὸς, *pleonaſ.* τοῦ θ, pro χαμαλὸς, humilis, depreſſus, non multum à terrâ aſſurgens, non altus, a χαμαὶ, humi, in terrâ.

φαιδιμόεις, & φαίδιμος, ὁ, illuſtris; a φαιδρὸς, hilaris, alacer.

νέον, τὸ, *Ion.* νειὸν, novale : item, *adverb.* recentèr, a νέος, novus, utroque modo.

οἶνοψ, ὁ, vinei coloris, *epith. maris*, rufus, niger, ab οἶνος, & ὄψις.

κηκίω, ſalio, cum ſaltu ſurſum feror, perrumpo, ex κίω, per redupl.

ὦλξ, per Syncop. pro ὤλαξ, quod fit *Dor.* pro αὖλαξ, ἡ, ſulcus.

τέλσον, τὸ, finis, extremitas, a τέλος, *per metath. & addito* ν, ut τέλσον ἀρούρης, ima tellus, *ut hic.*

περιίδμεναι, per Syncop. pro περιιδέμεναι : hoc autem *Doricè* & *Atticè* pro περιειδέναι, a περιείδω, ſcire ſupra, ſcire plusquam, excellere, ab εἴδω, ſcio.

ὀρχηστὺς, ἡ, ſaltandi ars, ſaltatio, ab ὀρχέομαι.

κατὰ *cum accuſ. aliquando trans, ut hic,* κὰπ τεῖχος.

ἔχω, hic pro ἀπέχω, abſtineo, abſiſto, ceſſo.

ἀνώλεθρος, ὁ, interitui non obnoxius : ab α *privat.* & ὄλεθρος, ὁ, pernicies, exitium, quod ab ὄλλυμι, ἀνόλεθρος pro eodem.

γυναικομανὴς, ὁ, ἡ, mulierum amore inſanus ; à γυνὴ & μαίνομαι, inſanio. γυναιμανὴς, idem.

σῶς, idem quod σόος, ex quo contrahitur, & ex σῶς per *Diæreſ.* σάος, ſecundum alios σῶς contrahitur ex σάος.

ἐρωέω, hic ceſſο.

ὀφέλλω, aliquando debeo, *ut hic.*

φλάζω, ſtultè & inarticulatè loquor, ferveo, æſtuo, *ut hic* : hinc παφλάζω idem, (i) ferveo, propriè dictum de maris æſtu.

ὀπὶ ἄλλα, *intellige* ſequuntur.

φαληριάω, albeſco ſpumâ, a φαληρὸς, albus, ſpumeus; a φαλὸς, ὁ, ſplendidus, albus.

φθαίην, Aor. 2. optat. a φθάνω, prævenio, aſſequor.

κονίω, vel κονίζω, pulvere impleo, pulverem excito.

βουγάϊος, ὁ, qui valdè ſe jactat; a γαίω, glorior, jacto.

πεφήσεαι, *Ion.* pro πεφήσῃ, a φάω, interficio.

ταλάω, audeo, ſuſtineo, idem τλάω: unde τλῆμι, idem.

λειριόεις, ὁ, lillaceus, ſuavis, tener, a λείριον, τὸ, lilium.

# CLAVIS HOMERICA

## in Ξ Iliadis.

φράζεο, *hic*, vide, conſidera.

λόετρον, pro λοῦτρον, *Dialyſi Diphthongi*, plerumque
illa aqua quæ lavationi paratur: lavacrum, item
balneum a λόω, lavo.

5 περιωπὴ, ἡ, ſpecula, *hic*: proprie ipſa circumſpi-
ciendi actio, cura, ita locus è quo circumjacentia lu-
ſtramur oculis.

ἐρέριπτο, pro ἐρήριπτο, everſus eſt. Præt. pluſq. perf.
paſſ. verbi ἐρείπω, habet reduplicationem Atticam
10 duarum initialium literarum, & Dialyſin diphthon-
gi quæ erat in penultimis: ſecundum quoſdam à
ῥίπτω, projicio, præcipitem do, cujus præt. Act. ῥέ-
ριφα pro ἔρριφα. Paſſ. ῥέριμμαι pro ἔρριμμαι. Pluſq.
ἐρερίμμην, ψο, πτο, pro ἔρριπτο.

15 κωφὸς, *hic*, tacitus, nullum edens ſtrepitum.

πορφύρω, purpureo colore perfundo: item ali-
quando neutraliter, purpureo colore rubeo, vel ni-
grico

grico, *ut hic*, à προσφύρα ante.

ὄσσομαι, video, prævideo, præſentio, factum per Æolicam mutationem ex ὄπτομαι, ut πέσσω ex πέπτω: eſt etiam ὄσσομαι, auguror, ex ὄσσα, vox, item omen.

αὔτως, in eodem ſtatu.

οὐδετέρωσε, neutram in partem, οὐδετέρωθεν, neutra ex parte, ab οὐδετέρως, neutro modo vel genere; ab οὐδέτερος, ſeu οὐθέτερος, pro οὐδ' ἕτερος, neuter.

ταχύπωλος, celeres equuleos habens; item, rei equeſtris peritus, vel bellicoſus, *ut ſemper apud Homer.* a ταχὺς & πῶλος, ante.

χαδέειν, *Ionicè* pro χαδεῖν, Aor. 2. Infin. Act. à χάζω, ante.

προκρόσσαι νῆες, dicuntur aliæ poſt alias, ſeu ſuper alias in continuâ ſerie, a κροσσὸς, ὁ, fimbria.

ἄκρα, ας, ἡ, ſubſt. ſummitas, culmen, faſtigium: item, cacumen montis: item, promontorium, *ut hic*.

ὀψείω, videre cupio, deſidero, ab ὄπτομαι, ante.

ἕτοιμος, & *Atticè* ἑτοῖμος, ὁ, paratus, promptus, qui ad manum eſt, manifeſtus, minimè dubius, *ut hic*.

πέπιθμεν, per Syncop. pro πεπίθομεν, Aor. 2. Act. *Ionica anadiplaſias* pro ἐπίθομεν: aut pro πεποίθαμεν præt. med. a πείθω ante, cujus futur. 2. πιθῶ.

ὁρμίζω, naves in ſtationem ſubduco: item navem ſtabilio, ab ὅρμος, ὁ, ſtatio navium.

ὀρφναίη, nox, *ſæpè jungitur cum νὺξ*, ut ante.

νέμεσις, aliquando reprehenſio.

ἀεικέλιος, ignavus, vilis, contemptus, propriè idem quod ἀεικὴς, non conſentaneus.

τολυπεύω, glomero, nexo, fabricor, machinor, ad finem perduco; a τολύπη, lana carpta.

ἄρτιος, hic, ſanus, conſentaneus.

ἀεικτὸς

εὐκτὸς, optabilis, optandus, ab εὔχομαι.

ἀποπτανεῦσιν, reſpicient ad, ab ἀπὸ, aliquando ſignificante rurſum in compoſitione, & ὀπτάνω, video, cerno, aut avolabunt, ſcilicet fugientes, a πτάνω, quod eſt ab ἵπτημι, ſecundum Phavorinum.

καθικνέομαι, tango, contingo, item, ferio, percutio. μέλ. ἵξομαι, Aor. β. med. ἱκόμην, ab ἵκομαι, 2. Perſ. ἵκευ, Ion. ἵκεο. Aor. 2.

ἀσμενος, gaudens, gratus, libens, ab ἥδω, cujus Præt. paſſ. ἧσμαι, a quo ἄσμενος. comparat. ἀσμενέστερος, pro ἀσμενώτερος. ſuperlat. ἀσμενέστατος pro ἀσμενώτατος.

ματεύω, quæro, inquiro, indago. a μαντεύω, oraculum conſulo, aut a μάω, aliquando, quæro, inquit *Euſtath.*

πεφασμένος, part. Præt. paſſ. a φάω, dico.

ἀγάζομαι, hic, ſuccenſeo, vitupero, invideo.

ὄρχος, ὁ, plantarum ſeries: item, hortus. idem ὄρχατος, ὁ, ὀρύσσω, fodio.

ἄρηται, *Aoriſt. Sub.* ab ἄιρω, aliquando capio, ſumo.

ἀφεστᾶσι ceſſant, ab ἑστᾶσι, quod eſt ab ἵστημι: nam alipuando per ε reduplicatur, unde etiam ἑστάμεν, & *Opt.* ἑσταίην, & *Inf.* ἑστάναι.

σιφλὸς, deformis, per ſyncop. pro σιπαλὸς, idem: hinc σιφλόω, deformem reddo, ignominiam affero, debilito.

ῥίον, montis cacumen: item promontorium.

παραδραθέειν, concumbere, a παραδαρθάνω, à δαρθάνω, dormio, quod mutuatur ſua tempora à δαρθέω; ſed in Fut. 2. tranſpoſitis literis δραθῶ, ut πέρθω, πραθῶ.

χροιά, inſerto ι pro χροά, color: item, pulchritudo.

λιαρὸς pro χλιαρὸς, tepidus, gelidus, mollis, à χλιαίνω.

πευκε-

πυκάλιμος, *hic*, cautus, prudens.

ἐπῆρσεν, ab ἐπάρω, cujus futurum *Æolicum* eſt ἐπέρσω.

σταθμὸς, hic poſtis.

ἑδανὸς, ſuavis: ab ἡδὺς, idem, per *Syſtolen* literæ η.

τεθυωμένος, a θυόω odore jucundum reddo, quod a θύω ante.

πείκω & πέκω, pecto.

ἐνετὴ, fibula, ab ἐνίημι, injicio.

ἕρμα, τὸ, fulcrum. inauris, *hic*.

λοβὸς, ὁ, ima auris pars, & carnoſa.

τρίγληνος, tres habens pupillas, vel habens in modum trium pupillarum, à γλήνη, pupilla.

μορόεις, fatalis, exitioſus, multo labore confectus: a μόρος, ὁ, portio, fatum exitiale.

κρήδεμνον, τὸ, vitta, quaſi καρήδεμνον, ſeu δέμα τοῦ κάρη.

ἀρνέομαι, recuſo, nego.

ὁμόω, unio, coire facio, ὁμόομαι, coeo.

ἀγκοίνη, *poeticum* ulna: ex ἀγκὼν, quaſi ἀγκώνη, mutato ω in οι.

ἰαύω, *hic* dormio, cubo.

ἱμὰς, g. ντος, ὁ, cingulum.

θελκτήριον, illecebra: a θέλγω, mulceo, delinio.

τῆ pro τάε, cape, à τάω, vel τῆμι, capio.

ξυμβάλλειν, obviam ire. ξύμβληντο, pro συνεβέβληντο.

εἰδέναι χάριν, habeo gratiam.

θρῆνυς, ὁ, ſcabellum: a θράω, ſedeo.

ὅτε μὴ, niſi, pro εἰ μή.

ἐπισεύασα, admoveo, impello.

ἀήτης, ventus, flatus, ab ἄω.

ῥιπτάζω, jacto, conturbo, præcipitem do, a ῥίπτω idem.

ἀπόθυμος, ingratus animo; ab ἀπὸ, & θυμὸς, mens:

mens : quaſi diverſum à mente.

ἄϊστος, ὁ, ἡ, de quo nihil ſciri poteſt; ab εἴδω, ſcio.

δμητὴρ, ῆρος, ὁ, domitor : δμήτειρα, domitrix, à δαμάω, ante.

ἀάατος, *per duplicem privationem*, noxius, ab ἀτάω, lædo, noceo, idem, ἄατος, ὁ καὶ ἡ.

εἰλάτινος pro ἐλάτινος, *poeticè* abiegnus, ab ἐλάτη, abies.

ὥς, aliquando ſignificat ſimulatque, & ſæpe geminatur, *ut hic.*

πρυμνώρεια, extrema pars montis; a πρύμνος, & ὄρος, τὸ, idem.

τραφερὸς, tam de mari quam de terra dicitur, quod utraque animalia nutriat, a τρέφω, nutrio.

τραπείομεν, *Ion. & poet.* pro τραπῶμεν, Aor. 2. paſſ. ſub: ῶ circumflex : reſoluto in εω, deinde ο pro ω, per *Syſtolen*, & ι inſerto metri cauſa, a τρέπω, faciente futurum 2. Act. τραπῶ.

ἠρασάμην, Aor. 1. med. verbi ἐράομαι.

κείω, jacere, vel decumbere cupio, dormiturus ſum, à κεῖμαι, jaceo.

εὔαδε pro ἔαδε *pleonaſmo* τοῦ υ : quod eſt pro ἕαδε mutato ſpiritu : hoc autem factum eſt per reſolutionem *Ionicam* ex ἧδε Aoriſt. 2. verbi ἁνδάνω, ſeu ἅδω.

δίδηθι pro δίδεθι, mod. imper. a διδέω. fact. ex δίδημι, aut a δίδημι.

διαδέρκω, perſpicio, tranſpicio, Aor. 2. ἔδρακον, à δέρκω, ante.

νεοθαλὴς, & νεοθηλὴς, nuper virens, qui noviter pullulavit: item, recens, a νέος, & θάλλω.

ἐέρση, *pleonaſmo poetico* τοῦ ε, pro ἔρση, ros : unde ἐρσήεις, roſcidus, paulo ante.

ὑάκινθος, ὁ vel ἡ, hyacinthus, nomen herbæ & floris.

στιλπνὸς, lucens; a στίλϐω, ſplendeo.

κῶμα, τὸ, altus ſomnus, per *Syncop.* pro κοίμημα, a κοιμάω, dormio.

προθορῶν, proſiliens; a θόρω, ſeu θορέω, inſilio.

πάναιθος, totus lucidus, ſplendidus, a πᾶς & αἴθω.

μίγνυμαι, aliquando dicitur de præliantibus, *ut hic* congredi in pugnâ.

κλύζω, abluo, murmuro, inſtar aquæ, inundo, *ut hic*.

βρόμος, fremitus, fragor, a βρέμω ante.

ἀγχόθι, idem quod ἀγχοῦ, vel ἄγχι ante.

στρόμβος, ὁ, trochus, turbo, idem quod στρόβιλος, à στροβέω, circumago, torqueo; hoc autem a στρέφω, verto.

ἀναπνυμι, recreo, ab ἀνὰ & πνύμι, ſpiro, Aor. α. ἀνεπνύνθην, ης, η, *&* *poet.* ἀμπνύνθη, reſpiravit.

ἀπέμεσσε, evomuit; ab ἐμέω, vomo.

πλῆντο, pro πέπληντο, vel ἐπέπληντο, Pluſq. perf. paſſ. verbi πλάω, per *Syncopen* pro πελάω, appropinquo.

λικριφὶς, obliquè, a λέχριος, obliquus.

συνεοχμὸς, junctura; ab ἐοχμὸς, idem.

ἀστράγαλος, ὁ, vertebra.

βεϐαὼς, ſtans, a βάω, gradior; quod à βαίνω.

ἀλκτὴρ, ὁ, vindex, propulſator; ab ἀλκὴ, robur, vis.

κώδεια & κωδία, caput papaveris, globulus, caput, *ut hic*.

ἀνδράγρια, τὰ, ſpolia detracta homini qui in prælio occubuit, ab ἀνὴρ, & ἄγρα.

CLAVIS

# CLAVIS HOMERICA

## in ο Iliadis.

Ἀπινύσσω, deſipio: item. efflo, expiro, à πινύω, moneo, à πινύμι, ſapio, *propriè* idem quod πνέω.

κακοῤῥαφία, malorum machinatio, inſidiæ, a κακὸς & ἐῤῥάφην.

μέμνῃ, contract. *Atticè* ex μέμνεαι, ε & α covaleſcentibus in η & ι ſubſcripto: hoc autem per *Syſtolen*, pro μέμνηαι, quod eſt *Ionic.* pro μέμνησαι. Secunda Perſ. Perf. Paſſ. verbi μνάομαι.

ἄκμονας, incudes; ab ἄκμων, ονος, ὁ, incus. per *Syncop.* pro ἀκάμων, a κάμνω, fatigor: quod nullis ictibus fatigetur.

ἰάλλω, *hic*, includo, ligo.

ἀλαστέω, indignor; ab ἄλαστος, ὁ, ἡ, quod *Doricum* eſt pro ἄληστος, ante; a λήθω.

πεπαγὼν pro παγὼν, *Ionico anadiplaſiaſmo*, Aor. 2. à πίζω, ſignificante idem quod λαμβάνω.

βηλὸς, ὁ, cœlum.

ὀλ-

ὀλιγοπελέω, idem ὀλιγωπελέω, parva res ſum, infirmus ſum, ſum ferè mortuus, a πέλω, ſum, & ὀλίγος.

ἀζηχὴς, aliquando continuus, quaſi ἀδιεχὴς, ὁ καὶ διεχής.

πεπιθῶν, pro πιθὼν, ut πεπαγὼν, paulo ante.

ἴσω *per Syncop.* pro ἰσάτω: ſic etiam ἴσαν pro ἰσάτων.

καταλείβω, effundo, idem καλείβω. καταλείβομαι, & κολείβομαι, diffluo, diſtillo, εἴβω autem eſt *Æolicè* & *Ionicè* pro λείβω.

δεικανάομαι, accipio, a δέκομαι idem, quod eſt *Ionicum* pro δέχομαι.

ἰαίνω, calefacio, exhilaro, *ut hic*.

ἠλὸς, *per Syncop.* pro ἠλεὸς, vagus, errabundus, ſtultus, ſtolidus.

φυτεύω, planto, creo, item ſtruo, machinor, molior.

ὅ, τι, cum ſuperlativo ſignificat quam, ὅτι idem, ὅτι quoniam paulo poſt.

ἀλογέω, aſpernor, contemno, rationem alicujus non habeo, a λόγος, ratio.

αἰθρηγενὴς, ὁ, ἡ, frigus vel ſerenitatem inducens, ab αἴθρη, & γίνομαι.

ὑπέροπλον, ſuperbè, violenter temerè, audacter, ab ὑπέροπλος. ὑπεροπλίᾳ antea.

παλλομένων, ſubintelligitur κλήρων. πάλλομαι, *hic* ſortior, movere ſortes.

πεφιδήσεται paulo poſt futur. φιδέω, quod ex futur. 2. φειδῶ in præſens abiit.

βέομαι, moveor, puto, a βαίνω.

φασσοφόνος, occiſor columbarum, a φάσσα, ἡ, columba.

κῦδος, ὁ, dedecus, probrum, convitium, *ut hic*.

ὀλιγοδρανέω, langueo, ab ὀλιγοδρανὴς, idem quod ἀδρανής

ἀδρανὴς, ὁ, ἡ, faciendi facultate deſtitutus, ab ὀλίγος & δράω, facio.

ἀοσσέω, auxilior: hinc ἀοσσητὴρ, ὁ, adjutor, ab ὄσσα, ἡ, vox.

λειανέω, Futur. a λειαίνω, lævigo, lævo, complano, explano, a λεῖος, ante.

ἠλίβατος, ὁ, ἡ, admodum excelſus, tam altus ut ab ejus acceſſu aberres, a βαίνω.

δάσκιος, per *Syncop.* pro δασύσκιος denſam ſeu ſpiſſam umbram faciens, a δασὺς & σκία, aut a δα, idem quod ζα in compoſitione.

κατενῶπα, vel κατένωπα, *per Syncop.* pro κατενώπια, a κατενώπιον, idem quod ἐνώπιον, a κατὰ ἐν & ὤψ.

κατωμαδὸν, *adverb.* ab ὦμος, humerus.

σκάπετος, idem κάπετος, ὁ, foſſa, à σκάπτω, fodio.

γεφυρόω, ponte, ſeu pontibus jungo, facio foveam, vel aliquid hujuſmodi, ut ſit facile ad tranſitum, *ut hic.*

ἄθυρμα, τὸ, luſus, propriè puerilis; ab ἀθύρω, ludo ut puer, quiſquilias colligens humi & conſtruens: item, ludo in genere.

ἤϊος, ὁ, jaculandi peritus; ab ἵημι, *Epith. Apollinis.*

ναύμαχος, navali prælio aptus, a ναῦς, & μάχομαι.

κολλήεις, εντος, ὁ, glutinatus, glutine compactus, a κολλάω, ante.

στάθμη, amuſſis regula, ad quam aliquid exæquatur; ab ἵστημι. appendo, σταθμὸς, ὁ, ante.

ὑποθημοσύνη, præceptum, admonitio; ab ὑποτίθημι.

ἐεισάμενω pro εἰσάμενω, ab εἶμι, vado.

ἰοδόκος, ἡ, ſagittarum receptrix, pharetra: à δέχομαι, & ἰὸς, jaculum, ab ἵημι, mitto.

ἐυστρεφὴς, & *Poet.* ἐϋστρεφὴς, pulchrè tortus, tortilis, flexilis

flexilis, à στρέφω, ante.

χαλκοβαρὴς, æregravis: item firmus, ſolidus; a χαλκὸς & βάρος.

τετραθέλυμνος, quatuor habens fundamenta, quadruplex, a θέλυμνον ante.

βέλεμνον, τὸ, idem quod βέλος, τὸ, telum, ſagitta.

Pro ὅτινος *Attici* dicunt, ὅτου, *Iones* ὅττεο, *Dor.* ὅτιυ. *Æol.* & *Poet.* ὅτεο & ὅττευ. Pro ᾧτινι, *Att.* ὅτῳ. *Iones* ὅτεῳ. Pro ὧντινων. *Att.* ὅτων, *Iones* ὁτέων. pro οἷστισι. *Attic.* ὅτοις. *Ion.* ὅτεοις, & ὁτέοισι.

ἀκήρατος, ὁ, ἡ, immortalis, integer, incorruptus, ab α *privat.* κῆρ, cor. & ἄτη damnum, quod ab ἀτάω, lædo.

ἔμβαδον, pedeſtri itinere; a βαίνω.

στρεύγω, & μαι, dolore afficio, expugno, tardo propriè, quaſi guttatim & paulatim conſumi, a σταγγεύω, idem: a στάγξ, ἡ, gutta, ſtilla.

ὕπαιθα, coram, ex obliquo: *ut hic.*

κύμβαχος, idem quod ἐπὶ κεφαλὴν, pars galeæ, cui infigitur criſta, *ut hic.*

ἀποσταδὸν, eminus: ab ἀπὸ & ἵστημι.

ἐξαίσιος, iniquus, indecens, *ut hic*: ab αἴσα ante officium.

ἀφλοισμὸς, ὁ, idem quod ἀφρὸς, ὁ, *ab eodem fit, mutato* ρ *in* λ. *& pleonaſmo* τοῦ ο.

τροφόεις, bene altus & nutritus, aliquando ingens, *ut hic.*

ἐρεύγω, ructo, προσερεύγω, adructo vel cum ructu afflo.

οἰχνέσκω, idem quod οἰχνέω.

εἰσωπὸς, ὁ, ante conſpectum aliquid habens, ab εἰς, & ὤψ.

ἰκρίον, τὸ, tabula, tabulatum.

βλῆτρον, clavus ferreus; a βάλλω.

κελητίζω, equum deſultorium ago, vel tali ve-

hor; a κέλης, ητος, ὁ, equus deſultorius.

πίσυρες, idem quod τέσσαρες.

λαοφόρος, populos ferens, ὁδὸς λαοφόρος, via publica, pervulgata, frequentata.

πρῶρα, ἡ, anterior pars navis, κυανόπρωρος, ceruleam habens proram vel nigram.

ὠκύαλος, ὁ, ἡ, velociter per mare currens: ab ἅλς, mare, & ὠκύς.

ἀϊκὴ, violentus motus, impetus; ab ἀΐσσω, ruo.

μελάνδετον ἄορ, τὸ, enſis nigrum habens manubrium; a δέω, ligo.

κώπη, remus, manubrium. κωπήεις, manubrium habens ſeu capulum.

ἄφλαστον, τὸ, ſumma puppis pars, παρὰ τὸ μὴ ῥηϊδίως φλᾶσθαι, (ι) θλᾶσθαι.

CLA.

# CLAVIS HOMERICA

## in Π Iliadis.

Ζώω, *Poet.* *pro* ζάω.

αἰναρέτης, ὁ, cujus virtus eſt in malum uſum, ab αἰνὸς, & ἀρετὴ, virtus.

ἀκμῆτες, recentes, indefeſſi, ab ἀκμὴς, quod ab *α privat.* & κάμνω, laboro, fatigor.

λίτομαι, idem quod λίσσομαι ante.

ἐμπάζομαι, curo.

ἀμέρσαι pro ἀμεῖσαι, ab ἀμείρω, aliquem portione ſua privo. μείρω autẽ a μείρω, aut ἀμέρσαι, *Æolico* more pro ἀμεῖραι, ut κέρσαι pro κεῖραι.

κτεατίζω acquiro, aut poſſideo, a κτέαρ ante: hoc autem a κτάομαι.

μηνιθμὸς, ira divina, ſeu odium adverſus peccatores: hic autem ut etiam aliis locis pro μῆνις.

ἔναυλος, hic flumen anguſtum, propriè tibiis perſonans, ab αὐλὸς ante.

εἰδείην, Præſ. opt. ab εἴδημι, ut τιθείην ex τίθημι.

ἀποναίω, migro ad habitandum aliò; ab ἀπὸ, & ναίω, habito.

πόρω, *poetic.* idem quod πορίζω, præbeo, ſuppedito.

ἐμβήη pro ἐμβαίη. Aor. 2. Act. Opt. ut στήη pro σταίη.

κρήδεμνον, mænia, aliquando ſeu murorum pinnæ.

καναχέω, reſono; ab ἠχέω, ſono. παρὰ τὸ κενὸν ἀχεῖν pro ἠχεῖν.

καπφάλαρ' pro κατὰ φάλαρα.

κολὸς, ὁ, ἡ, mutilus, a κολούω, amputo.

φυκτὸς evitabilis, a φεύγω.

παρηορία, habena, ſeu lorum equi, a παρήορος ante.

ἀραιὸς, rarus, ſpongioſus, tenuis.

χρυσηλάκατος, auream habens colum, vel aureas habens ſagittas, ab ἠλακάτη, colus.

ἄρθεν pro ἄρθησαν pro συνηρμόσθησαν, aptè compono.

χηλὸς, ὁ, arca; à χέω, capio.

ἀνεμοσκέπης, ὁ, ἡ, à vento tegens, a σκέπω, tego, & ἄνεμος, ventus.

τέῳ, *Ionicè*, pro τινι, cui.

ὅτε μὴ, niſi.

οὖλος, mitis, ſanus, criſpus, villoſus, *ut hic*, ab ὄλλυμι.

ὑποφήτης, ὁ, propheta: à φημὶ dico.

χαμαιευνης pro χαμεύνης, qui humi cubat, a χαμαὶ, & εὐνὴ, ante.

εἰνόδιος, in via ſitus, in via habitans, ab ὁδὸς, via.

ἐριδαίνω irrito, ab ἔρις, contentio.

στεροπηγερέτης, qui fulgur ſuſcitat, *Iovis Epith.* à στεροπὴ, & ἀγείρω.

στεροπ-

προτροπάδην φοβεῖσθαι, dicuntur qui cum maxima celeritate fugiunt hoſtes terga vertentes.

σκέλος, τὸ, crus, a σκέλλω, ſicco, arefacio, διὰ τὸ ἄσαρκον.

μυὼν, ὁ, muſculus, item pars quæ præcipuè habet muſculos, a μῦς, muſculus.

ὑποθερμαίνω, ſubcalefacio, calore ſuccendo, ομαι incaleſco.

ῥαίω, frango, corrumpo, diſperdo, &c.

παρηερέθη, a παρηερέθομαι, attollor, ſuſpendor, ab ἀείρω, aut ἠέρθη, Aor. 1. paſſ. verbi ἀείρω, facientis futurum 1. ἀερῶ.

κεάζω, findo, a κέω, idem.

ἐπιχραύω, invado, vehementi cum impetu adorior, a χραύω, idem.

ἐριφὸς, ὁ, hædus.

σάω, ſervabat, *hic.* pro ἐσάωζε Imperf. Act. aliquando pro σάωζε, Imperat. modo, vel *Doricè*, pro ἐσάου, ab ἐσαόμην.

ἀνακυμβαλιάζω, cum ſonitu evertor, a κυμβαλίζω, cymbalum pulſo, à κύμβαλον, τὸ, cymbalum.

σκολιὸς, tortuoſus, obliquus: metaph. pravus.

ὄπις, ultio, cura, conſideratio.

κλιτὺς, ἡ, vallis, declivitas, devexitas montis, à κλίνω.

κάρ, pro κάρη, τὸ, *per Apocop.* idem quod κάρηνον, caput: ἐπὶ κὰρ, in caput, præceps.

παλιμπετὴς, ὁ, ἡ, relapſus, à πάλιν, & πίπτω, tanquam a πέτω, παλιμπετὲς, *Adverbial.* retrorſum, retro.

ἀποτίνυμαι pœnas ſumo, a τίνυμι, luo, ſolvo, τινύω, τίνω, τίω, idem.

ἱερὸς, interdum magnus, in ſuo genere præſtans, *ut hic.*

ἠχόφθογγος, ὁ, ſonorus, vocalis: item perſpicuus,


lucidus,

lucidus, *ut hic*.

κεχηνὼς, a κέχηνα. Præt. med. verbi χαίνω.

ἔωσα, *Atticè* pro ὦσα aor 1. Act. verbi ὠθέω, ex inuſitato ὄθω.

ἀμιτροχίτων, ſpoliatus mitrâ ac tunicâ, ab α *privat.* & μιτροχίτων, mitra tunicam cingens.

πόσε, quo.

κλάζω, pro κλάγγω, clamo.

αἰὼν, ὁ, vita.

ψιὰς, ἡ, roris gutta.

ἀΐσθω, idem quod ἀΐω, audio: item expiro, *ut hic*.

μακὼν, Part. Aoriſt. 2. Act. à themate μηκάω, hinnio, balo, ante.

ἔλεικον, pro ἔ[illegible]ειγον, crepui, per *Onomat.* pro quo, κείγον, ες, ε, a κείζω, ſtridorem edo.

ῥυτῆρ, ὁ, habena, qua equus huc & illuc trahitur, propriè tractor, à ῥύω.

μενεαίνω, *hic* gemo.

θοὸς, *hic*, ſtrenuus, ἀρὴ, imprecatio, noxa *hic*.

πιέζω, premo, ſtringendo premo.

τερσαίνω, idem quod τέρσω, arefacio, ſicco.

κοιμίζω, idem quod κοιμάω, dormire facio: hic mitigo.

ἀεικίζω, indecorè ago, indecenter aliquem tracto, contumelia afficio, &c. ab ἀεικὴς ante, quod ab α *privat.* & εἴκω.

κατακρῆθεν, idem quod κατὰ κρατὸς, *quod expon.* prorſus, funditus, vehementer, à κάρηνον.

λάσιος, hirſutus, etiam dicitur de homine, & quia hirſutum eſſe virilitatis & animoſitatis ſignum eſſe putatur, cor etiam λάσιον appellatur, i. e. animoſum, virile.

ἀνεψιὸς, ὁ, conſobrinus, patruelis, fratris vel ſororis filius.

ἱκετεύω, venio ſupplex, ſupplico, ſupplex oro, ab ἱκέτης

ἱκέτης, ſupplex: quod ab ἱκέσθαι, quod aliquando ſignificat ſupplico.

ψὴρ, *Ionicè* pro ψὰρ; eſt etiam ψάρος, ſturnus, avis variis diſtincta maculis, à ψαίρω, idem quod ψάω.

τάναος, protentus, extentus, a τανύω, quod a τείνω.

σκίμπτω, incumbo, ingruo, irruo: *hic* σκίμφθη ficta eſt pro σκήμπτω, quod a σκήπτω, innitor.

φράσμων, ſeu φράδμων ſolers, conſultus, circumſpectus, peritus, *ut hic*, a φράζω.

εἰλύω, *hic*, tego.

περιγλαγὴς, lacte plenus, abundans, a περὶ & γάλα, ante.

πέλλα, ἡ, mulctra, vas in quod lac emulgebant.

ἄγυρις, cœtus, multitudo collecta atque congregata: idem quod ἀγορὰ, & ab eodem themate.

ἄπο, procul, *hic*, retracto accentu in priorem ſyllabam.

χρίω, F. ίσω, ungo, inungo, oblino.

διδυμάονες, idem quod δίδυμοι ante, gemelli, *ut hic*. aliquando etiam ſimpliciter duo.

ἀνηκουστέω, propriè non audio, aliquando non obtempero, pro quo etiam Iliad. υ. νηκουστέω, uſurpatur. ab ἀνήκουστος, non exaudibilis, quod ex tertia Præt. paſſ. ſing. verbi ἀκούω.

θύω, *hic*, furo.

κυβιστὴρ, ῆρος, ὁ, ſaltator, qui ſe in caput dejicit. item, præceps, a κυβιστάω, paulo ante.

οἶμα, τὸ, impetus, pro οἴμημα, ab οἰμάω, impetu feror in aliquem, quod ab οἴμη, via.

δηριάω ante, legitur etiam apud *Homer*, δηρίσασθαι, a δηρίζω, & δηρινθῆναι, a δηρίνω, in eadem ſignificatione.

μήτρως, ὁ, avunculus maternus.

ἁλιόω, vanum reddo, ab ἁλίως, fruſtra, incaſſum.

κυβιστάω, in caput me dejicio: à κύβη, caput,

quod à κύπτω.

τῆθος, τὸ, quoddam genus oſtreorum, a τηθὺς, terra, lutum.

διφάω, quæro, *propriè*, quaſi palpando.

δυσπέμφελος, ὁ, ἡ, trajectu difficilis: à δὺς, & πέμπω, mitto.

κρανεία, ἡ, cornus arbor, aliquando κράνεια, *ut hic*.

στροφάλιγξ, ἡ, vertigo, gyrus, a στρέφω, verto, gyro.

μεταναίσσομαι, mutato loco vado, tranſeo, aliquando μεταvίσσομαι, a νείσσομαι, ſeu νίσσομαι, idem quod νέομαι, eo, redeo.

βουλυτὸς, ὁ, tempus quo boves ſolvuntur a jugis; *igitur tempus veſpertinum*; a βοῦς, & λύω, ſolvo.

στρεφεδινέω, in gyrum verto, a στρέφω, & δινέω.

καναχὴ, ſonitus, ſtrepitus, crepitus, a καναχέω, ante.

τερμιόεις, ὁ, ad pedes uſque, a τέρμα, τὸ, finis, meta.

ἄτη, *hic* ſtupor.

βαίνω, Fut. βήσομαι, ante. eſt etiam Fut. Act. βήσω: unde Aor. 1. ἔβησα, aſcendere juſſi, βῆσεν ἀφ' ἵππων, deturbavit ab equis.

ἀκάμας, αντος, ὁ, infatigabilis, indefeſſus, a κάμνω, ante.

βῶ, βῇς, *Ion.* βέω, βέῃς, *ſubjunct.* à βαίνω.

ῥέθος, τὸ, membrum, *radix* eſt.

ἁδρότης magnitudo, robur, ab ἁδρὸς, magnus, confertus.

CLA-

# CLAVIS HOMERICA

## in P Iliadis.

Πρωτοτόκος, primipara, qui primum peperit, πρωτότοκος, primogenitus, qui primo partu editus fuit.

κινύρομαι, lugeo, *propriè*, querulâ voce; hinc κινυρὸς, lugens, querulus.

ὑπέρβιον, ſupra vires, ὑπερβίως, idem: à βία, vis.

πόρδαλις, aliquando pro πάρδαλις, εως, ἡ, pardalis, panthera, a πάρδος ante.

*ὠνάμην per Syncop:* pro ὠνησάμην, aut imperfect. verbi ὄναμαι, idem quod Act. ὄνημι, vitupero, deſpicio.

ῥεχθὲν, τὸ, factum Part. Ind. 1. paſſ. a ῥέζω, facio.

πλοχμὸς, ὁ, crinis flexus, & intortus, &c. *per ſyncop.* pro πλόκαμος, ὁ, crines plexi; a πλέκω, pecto, concinno.

σφηκόω, in anguſtum ex lato contraho, cuneo, revincio,

vincio, a σφὴξ, ὁ, veſpa, ἐσφηκῶντο, *Doricè & Æolicè* pro ἐσφηκοῦντο.

ἔρνος, τὸ, planta, germen.

βρύω, floreo, pullulo, *propriè* ſcateo, ſcaturio.

βόθρος, ὁ, foſſa, à βάθος, τὸ, profunditas.

ἰύζω, clamo, ἰοῦ, item, fiſtula cano, & generaliter, clamo, ab ἰοῦ, *adverb.* heu.

ἀκίχητος, quem aſſequi non poſſumus, a κιχάνω, & κιχέω, invenio, aſſequor, ἀκίχητα, *Adverbialiter*, pro ἀκιχήτως.

ὀχέω, veho, porto, ab ὄχος, ὀχέομαι, aliquando equitor, *ut hic.*

Metaphoricè dolor cor alicujus πυκάζειν dicitur, i. coarctare, conſtringere, *ut hic.*

περιστείωσι, circumſtent, *Poetic.* pro περιστέωσι, hoc autem *Ionicè* pro περιστῶσι, ab ἵστημι.

παχνόω, congelo; à πάχνη, gelu, pruina, ros congelatus. Metaphoricè autem dicitur ἦτορ παχνοῦται.

ἐπακτὴρ, ὁ, venator, ab ἐπάγω, induco, impello.

σκύνιον, τὸ, ſumma palpebra, idem ἐπισκύνιον.

φύξηλις, ὁ, ἡ, fugax, a φεύγω, fugio.

πεφήσεται, apparebit: paulo poſt futurum verbi φάω, quod aliquando ſignificat idem quod φαίνω.

ἐννηὴς, ὁ, ἡ, bonus, mitis, benignus, ab ἐν & ἠΰς, pro ἐΰς, ὁ, idem.

ἰνδάλλομαι, ſimilis videor vel appareo, aliquando ſimpliciter videor, cernor, pro εἰδάλλομαι, ſimilis videor; ab εἴδομαι.

περικτίων, ὁ, finitimis habitator: a κτίζω, condo, fabricor.

τρύχω, idem quod τρύω, tero, attero, καταρύχω, exhaurio, affligo, vexo.

ὀαριστὺς, ἡ, commercium, confabulatio, colloquium, per *Metathesin* pro ὀαρισὺς idem.

ἀποδάσσομαι, *Fut.* a δάζομαι, divido.

δήμιος

δήμιος, ὁ καὶ ἡ, publicus, δήμια hic *Adverbialiter*, publicè.

βρύχω, frendeo, ſtrideo, dicitur de ſonitu maris.

προχοὴ, oſtium, quo fluvius in mare effunditur; à προχέομαι, effundor.

διοπετὴς, & διïπετὴς, ὁ, ἡ, à Iove delapſus, à Ζεὺς, & πίπτω.

ἤρικε, ſciſſa eſt, Aoriſt. 1. Act. verbi ἐρείκω, frango: item aliquando *neutraliter*, frangor.

περιβαίνω, defendo.

ὑπέρδεα *per Syncop.* pro ὑπερδέεα, ab ὑπερδεὴς, metu ſuperior, a δέος quod à δείδω.

ἔρχατο *Ionicè* pro εἰργμένοι ἦσαν. tertia perſ. plur. pluſquam perf. Paſſ. a verbo εἴργνυμι, vel εἴργω. ι ex diphthongo ablato.

πεπύσθην *Ionicè* pro ἐπεπύσθην. tertia perſ. Dual. Pluſquam perf. a themate πυνθάνομαι.

μεθύω, ebrius ſum, pellis taurina dicitur μεθύουσα ἀλοιφῇ, madens ſeu perfuſa pinguedine, à μέθυ, τὸ, vinum.

ἀρειαὶ, ἡ, minæ, verba minacia, quibus imprecamur alicui, ab ἀρὰ, aliquando imprecatio.

ἐνισκίμπτω, innitor incumbo, inclino, pro ἐνσκήπτω, a σκήπτω idem.

ἕρπω, ſerpo, repo, repto.

βοηθὸς, & *Poeticè* βοηθόος, auxiliator, opitulator, à βοηθέω, ſuppetias eo, auxilio venio. g. d. ἐπὶ βοὴν θέω, ad clamorem accurro.

εἴσατο, penetravit, *aor. α. med.* ab εἶμι eo.

νηδύϊα, τὰ, inteſtina, interanea, a νηδὺς, ante.

ἐδηδὼς, Part. præt. med. ab ἔδηδα, quod fit *Attica* reduplicatione ex ἦδα, a verbo ἔδω.

δυσθαλπὴς, έος, ὁ, καὶ ἡ, calefactu difficilis, frigidus, a θάλπω, foveo, ante.

ἐσμαάσσω, intus tango, vel intro tango, offendo; à μαάσσω,

ἀμάσσω, pinſo, abſtergo. item, tango.

ἰχανάω, cupio, appeto: ab ἴχω, habeo, ab ἔχω. h. ἰχανάα, pro ἰχανᾷ, cupit.

λαρὸς, jucundus, gratus: λάρος, autem eſt avis quædam.

μαλθακὸς, mollis, a μαλακὸς, idem.

λίγδην, ſtrictim, in ſuperficie tantùm, leviter. ἐπιλίγδην, idem.

ἅπτομαι, ferio.

ἀκηχέδαται, ſeu ἀκηχέαται. pro ἀκηχήνται, dolore affecti ſunt.

αἴθρα, vel Ionicè αἴθρη, ſerenitas aeris, cui opponitur ἀὴρ, ab αἴθω, ante.

ἐνηεία, manſuetudo, benignitas, ab ἐνηὴς, benignus; hoc autem ab ἐὺς ante.

πτώξ, ὁ, timidus, pavidus, a πτοέω, exterreo, *ſubſtantivè*, lepus.

ῥιγέω, horreſco, καταῤῥιγέω, idem.

ἀμφίκομος, late comans, frondoſus, a κόμη ante.

ἀφασία, loqui non poſſe, ſtupor, quo vox & ſermo intercipitur, ab α *privat.* & φημὶ, dico, *pro quo poet. metri gra.* ἀμφασίη.

ἐφημοσύνη, idem quod ἐφετμὴ ante.

ἐνοπὴ, clamor, exclamatio; ab ἔπω.

φλεγέθω, idem quod φλέγω.

ἀτραπὸς, ἡ, vel ἀταρπὸς, via trita, & non habens diverticula; a τρέπω.

δοκὸς, ἡ, trabs.

ψάρ, ὁ, ſturnus, avis, *in g. pl.* ψαρῶν.

οὐλον, *acutè, ab* οὖλος.

κίρκος, ὁ, circus, tertia accipitrum ſpecies.

CLAVIS

# CLAVIS HOMERICA

## in Σ Iliadis.

Ὀρθόκραιρος, erectum habens caput; metaph. erectas habens proras; a κραῖρα, ἡ, caput; a κάρη, τὸ, *idem, indeclinabile.*

αἰθαλόεις, ὁ, ater, fuligine oblitus, ab αἴθω, uro.

ἀμφιζάνω, ab ἱζάνω, *neut. ſignif.* adhæreo, ſedeo.

τέφρα, ἡ, cinis; ἀπὸ τύφω, fumum excito.

αἰσχύνω, *hic*, deturpo, dehoneſto.

ληΐζω, prædor, a λεία ante.

κωκύω, lamentor, fleo.

πλῆτο; a πλῆμι, a πλήθω, impleo,

δυσαριστοτόκεια, quæ optimam prolem peperit, ſed malo fato; ab ἀριστοτόκος quod a τίκτω.

ἀνατρέχω, erigor in altum, vel creſco, *ut hic.*

ὄφρα, interea, dum.

ὀλετὴρ, ῆρος, ὁ, perditor, interfector, ab ὄλλυμι.

νεῦμαι, *Doricè* & *Ionicè* pro νέομαι.

κρύβδα, clam, a κρύπτω, abſcondo.

ἐπιθύω, impetu feror in aliquẽ, a θύω, aliquãdo idẽ.

σέβας,

σέβας, τὸ, indeclinabile, reverentia, veneratio, pudor.

κυδρὸς, venerandus, a κῦδος, gloria, quod a κύω aliquando idem quod φιλῶ.

πυρσὸς, ὁ, fax; à πῦρ, ignis.

ἐπήτριμοι, οἱ, αἱ, denſi, conferti, ab ἤτριον, τὸ, ſtamen.

ἀλκτὴρ, auxiliator, propulſator, vindex, ab ἀλκὴ, aliquando auxilium.

ὀπίζομαι, curo, revereor, ab ὄπις, ἡ, cura.

σάλπιγξ, ἡ, tuba.

περιπλομένων δηΐων, hoſtibus obſidentibus, per *Syncop.* pro περιπελομένων, vel περιπολουμένων, a περίπλομαι, pro περιπέλομαι, vel περιπολοῦμαι.

φέρετρον, pheretra, capulum a φέρω.

ῥηΐτερος, facilior, ῥήϊστος, facillimus, a ῥηΐδιος ante.

ἀλινδέω, ab ἀλίω, idem, volvo.

περνάω, vendo: a περάω, vendo.

ἀνιάζω, moleſtia afficio, triſtitiam affero, ab ἀνιάω, idem, quod ab ἀνία, mœror.

καταδημοβορέω, populum devoro, aliquando publicè devoro, *ut hic.*

σκύμνος, ὁ, catulus leonis, item catulus in genere, à σκυζάω, catulio, a κύων, ὁ, ἡ.

ἐρευνάω, indago, veſtigo, ab ἐρέω primum ἐρεύω, per *Epentheſin* τοῦ υ. deinde per *Epentheſin* τοῦ ν, ἐρευνάω ſecundum *Euſtath.*

φονεὺς, έος, ὁ καὶ ἡ, interfector, homicida, a φένω, occido.

κάμνω, aliquando cum labore comparo: *ut hic.*

πίειρος, ὁ, pinguis, a πίων idem.

λοετροχόος, lavacro aptus, a λουτρὸν, τὸ, lavacrum, & χέω, fundo.

γάστρη, fundum vaſis, vel navis.

ζέω, Fut. ζέσω, ferveo, bullio, fact. per *onomato-*

*pœian*

*pæian*, à *ſono* literæ ζ.

ἤνοψ, ὁ, ſonorus, item lucidus, ab ὄψ, ἡ, vox.

ἐννέωρος, ὁ, ἡ, novennis, ab ὥρα, ἡ, annus.

ἔπειτα, tandem.

κυλλοποδίων, qui diſtortis pedibus eſt, loripes, Vulcani *Epith.* a κυλλὸς, claudus, & ποῦς.

εὐσταθὴς, ὁ, ἡ, ſtabilis, ab εὖ, & ἵστημι.

ἰδυιὸς, doctus, ſciens; ab εἴδω, ſcio.

θαμίζω, frequento, frequenter accedo, a θαμὰ, crebro.

προμολέω, prodeo, progredior, a μολέω, ante.

ἐνναετὴς, novennis, ἐννάετες, per novem annos, pro quo εἰνάετες, ab ἔτος, τὸ, annus.

χαλκεύω, fabricor, à χαλκὸς, ante.

κρήδεμνον, vitta capitis, λιπαροκρήδεμνος, pulchram habens vittam.

πόρπη, fibula; à πείρω, ut & περόνη ante.

εἵλιξ, & ἕλιξ, volumen, armilla. εἱλέω, coarcto.

κάλυξ, ἡ, roſa clauſa; ornatus muliebris, à καλύπτω, claudo.

ζωάγριον, τὸ, præmium pro vita ſervata, a ζωγρέω, vivum capio, è cæde conſervo; ab ἄγρα, ἡ, captura, & ζωὴ, vita.

ἀκμόθετον, τὸ, lignum, cui incus imponitur, pro ἀκμονόθετον, per *Syncop.* ab ἄκμων, ὁ, incus, quod dictum eſt quaſi ἀκάμων, a κάμνω & τίθημι.

ἄητος, vel ἄηντος, ventis expoſitus, ab ἄω, ſpiro.

λάρναξ, ἡ, arca.

χωλεύω, claudico, a χωλὸς ante.

σπόγγος, ὁ, ſpongia, παρὰ τὸ σπᾶν τὸ ὕδωρ.

νεανίσκος, ὁ, juvenis, adoleſcens: at νεανὶς, ἡ, juvencula, puella juvenis, a νεὸς, novus, recens, νεῆνις *Ionicè.*

ἀρημένος, læſus, damnum paſſus, ab ἀράομαι, ab ἀρὰ, ἡ, damnum.

χόανος, ὁ, fornax fuſoria; a χέω, fundo.

τιμῆντα, in *Accuſ.* pro τιμήεντα, a τιμήεις, honoratus, qui in pretio habetur.

ῥαιστὴς, ὁ, malleus : a ῥαίω, frango.

πύραγρα, forceps, quo ignita tenemus, a πῦς & ἄγρα.

τείρεα, τὰ, aſtra : a τείρω, *per Antiphraſin*, quia curſu non fatigantur.

πληϊάδες, ſeptem ſtellæ inter os Tauri, & caudam Arietis, primum navigationis tempus oſtendentes, a πλέω, navigo.

ὑάδες, ſtellæ quædã in capite Tauri, quæ quoties oriuntur vel occidunt, pluvias concitant; ab ὕω, pluo.

ἄρκτος, ὁ καὶ ἡ, urſus, vel urſa : *hic* ſignum cœleſte : quod etiam ob ſimilitudinem ἄμαξα plauſtrum vocatur.

ἄμμορος pro ἄμορος expers, ab α & μόρος.

ἀγινέω (*poet.*) ab ἄγω, idem.

ὑμέναιος, hymenæus, nuptiale carmen, a ὑμνῶ, aliquando idem.

ἵστωρ, ὁ, ἡ, *hic*, arbiter, *proprie*, ſciens, peritus, ab ἵσημι.

πεῖραρ, idem cum πέρας, τὸ, finis, terminus.

ἀμοιβαδὶς, alternatim, ab ἀμείβω.

ὑπολίζων, compar, aliquantò minor : ab ὀλίζων, ὁ, ἡ, parvus : ab ὀλίγος, idem.

εἶκε, decebat, conveniebat.

βοτὸν, τὸ, pecus, armentum, pecudes quæ paſcuntur; a βόσκω, paſco.

ἀρδμὸς, ὁ, irrigatio, potatio : ab ἄρδω, irrigo, potum præbeo.

τρίπολος, ὁ, ἡ, ter aratus : a πόλος, terra fiſſa, vel verſa aratro : hoc autem a πολέω, verto, verſo, aro aliquando.

ζεῦγος, τὸ, jugum, a ζευγνύω.

ἐλαστρέω, agito, impello : ab ἐλαστὴς, ὁ, ab ἐλαύνω.

ἔεδνος,

ἔριθος, ὁ, ἡ, lanificus, meſſor, *hic*, ab ἔριον, τὸ, lana.

δρεπάνη, falx, ut & δρέπανον, a δρέπω, decerpo, colligo.

ἀμαλλοδετὴρ, ῆρος, ὁ, manipulorum ligator, ab ἄμαλλα, manipulus, & δέω, ligo.

ἐλλεδανὸς, ὁ, vinculum, reſtis; ab ἔλλω, ſtringo, ab εἰλέω, coarcto.

ἀγκαλὶς, ἡ, ίδος, ulna, ut & ἀγκάλη. ſed uſitatiores ſunt ἀγκάλαι, & ἀγκαλίδες, ab ἀγκαὶ, ulnæ, quod ab ἀγκὼν, cubitus.

χάραξ, ἡ, vitis, pedamentum, adminiculum, palus, *ut hic*.

ἀταρπιτὸς, idem quod ἀταρπὸς, ἡ, ſemita, ab *α privat.* & τρέπω, pro ἀτραπιτὸς, & ἀτραπὸς.

τρυγάω, cereales fructus, peculiariter uvas colligo; a τρύγη, triticum.

πλεκτὸς, ῦ, ὁ, plexus, textus, contextus, à πλέκω, plecto.

τάλαρος, ὁ, vas, quo ad lanificia utuntur: item, ad cibaria, & alia hujuſmodi gerenda, a ταλάω.

λεπταλέος, tenuis, a λεπτὸς, ante

λίνον, chorda cytharæ, quæ ex lino fieri ſolet.

ῥήσσω, *hic* vehementer fero, pulſo.

ἰοὺ *adverb. gaudentis aliquando*: hinc ἰυγὴ, & ἰυγμὸς, clamor, item fiſtulæ cantus, *ut hic*.

σκαίρω, tripudio, ſalio.

μυκηθμὸς, ὁ, mugitus; à μυκάω, mugio: eſt etiam μύκημα, μύκησις, μύκη, idem.

κόπρος, ὁ, ἡ, ſtabulum boum *hic*. propriè ſtercus.

ῥοδανὸς, rapidus, a ῥέω: *Hinc Rhodanus fluvius in Gallia, propter rapiditatem & velocitatem motus.*

δονακεὺς, έως, ὁ, arundinoſus, a δόναξ, ante.

ἐξύγμηλος, pro ἐξύγηλος, graviter boans, ab ἐρεύγω, ructo, ructum edo.

ἐνδίεσαν, variæ ſunt hujus verbi derivationes, quidam eſſe imperf. alii Aoriſt. 2. affirmant: quidam ex ἀν, διὰ, & ἵημι compoſitum eſſe volunt, ut ſit, dimiſerunt canes in illos leones raptores: & ita Aor. 2. à themate ἐνδίημι, ut προΐεσαν à προΐημι. Alii compoſitum ex ἐν & δίημι, & ſignificare immorabantur, terebant tempus, (ut ſit idem cum ἐνδιάω, atq; ab eo derivatũ ſine reduplicatione) ut ſit, tẽpus terebant canes incitantes: alii docent ſignificare idem quod διώκω, ut ſit, inſecuti ſunt, & a δίω, derivant: & ita ſecundum *Euſtath.* Imperfect. ſecundum *Heſych.* Aor. 2.

ἀπετρωπῶντο, non audebant, averſi fuerunt in fugam; à τρωπάω, in fugam eo, quod a τρέπω.

ὑλακτέω, latro, ab ὑλάω, idem.

κατηρεφὴς, tectus, idem quod ὀπηρεφὴς ante.

ἀλφεσίβοιαι, αἱ, quæ boves inveniunt. *virgines ſic dicuntur quæ propter formam ſponſos inveniunt, à quibus munera accipiunt, boves potiſſimum;* ab ἀλφέω, invenio.

θρεξάσκω, ſalto, curſito, à θρέξω, à τρέχω.

CLA-

# CLAVIS HOMERICA

## in Τ Iliadis.

Χαλκότυπος, ære impreſſus, ferro inflictus, à χαλκὸς, & τύπτω.

Εὐλαὶ, αἱ, vermes, qui in corpore vulnerato naſcuntur ex putredine.

ἀρηΐφατος, in prælio occiſus, ab ἄρης, & φάω, occido.

τελεσφόρος, ad finem perducens: item paſſivè, ad finem perductus, τελέσφορος ἐνιαυτὸς, integer annus, *ut hic*. Item, ad finem uſque officium ſuum fungens, a τέλος & φέρω.

ἀποείπω, depono, renuncio; *hic*.

στάζω, ſtillo, aliquando neutrum, aliquando tranſitivum, *ut hic*.

οἰήιον, gubernaculum, temo navis; ab οἴαξ, ὁ, idem.

δεύτατος, ultimus; à δεύτερος.

ἀσκελέως, durè, aſſiduè, graviter; ab α, & σκέλλω

σκέλλω, exicco.

ὑββάλλω, interpello, pro ὑποβάλλω.

συντίθημι, adverto.

πιλνάω, *idem quod* πελάω; *à quo fit*, appropinquare facio: hinc πίλνημι: unde Paſſ. πίλναμαι appropinquo, *ut hic*.

ἐυςέφανος, bene coronatus, hic muris bene cinctus.

ψευςέω, mendacium dico; mentior, propoſitum ſcopum non aſſequor, a ψεύδω, mentior.

εἶδε ἄγε, age.

μὴν, ὁ, menſis, *Doricè* μὰν, *Æolicè* μεὶς, *ut hic*.

ἠλιτόμηνος, natus ante completos menſes, ab ἀλιτέω, ἀλίτομαι, idem, pecco, vel aberro.

λελαθέσθαι pro λαθέσθαι, a λέλαθον, *Anadiplaſiaſmo Ionico* pro ἔλαθον, Aor. 2. Act. à themate λανθάνω.

ἀρέσαι, Inf. Aor. 1. Med. ab ἀρέσομαι. Fut. Med. ab ἀρέσκω.

κλοτοπεύειν, verba dare, decipere, quaſi κλυτὰ ἔπεα λέγειν, elegantia verba dicere, (ι) tempus inaniter producere.

νῆστις, ὁ, ἡ, jejunus; à νη, & σῖτος, ὁ, cibus.

ἄκμηνος, adultus; ab ἀκμὴ, rei perfectio; item jejunus, quod potius ab ἰκμὰς, humor.

ὅπλομαι, armor, inſtruo, paro, *ut hic*. ab ὅπλον, armatura.

ἰαίνω, calefacio, tepefacio, item liquefacio, item perfundo lætitia, exhilaro.

τέως, tamdiu, item interea, ab ἕως quod ab ὡς.

κερῆται, & κερῆτες, Iuvenes validi.

βρωτὺς, ἡ, cibus, eſca, a βρώσκω.

ὑπερβάλλω, ſupero. κόρος, ὁ, ſatietas.

καλάμη, ſtipula; metaph. corpus ſenectute aridum; item cadaver hominis interempti, *ut hic*. a κάλαμος, arundo.

ἄμητος, ὁ, meſſis; ab ἀμάω, meto.

νήλεος,

νήλεος, ὁ, ἡ, firmus, *hic*.

ὀτρυντὺς, ἡ, cohortatio, inſtigatio, ab ὀτρύνω.

ἰσχανάω, expecto.

ὀγδόατος, *poet* pro ὄγδοος, octavus, ab ὀκτὼ, octo.

ἄωρτο, Pluſquam Perf. Paſſ. ab ἄορμαι, pro ἤερμαι. Perf. Paſſ. verbi ἀείρω, ἄωρτο ante.

πρόφασις, ἡ, occaſio, prætextus.

ἀπροτίμαστος, ὁ, ἡ, intactus, *ab α privat.* & προτιμάσσω, pro προσμάσσω, tango.

λαῖτμα, τὸ, trajectus, latitudo, æquor, fluctus, dictum eſt quaſi λαίτμημα, quaſi λαιὸν τμῆμα: ita enim vocabatur mare, cum univerſum in terram & mare diſtributum eſſet.

ἀμήχανος, *hic*, nulla malla ſtruens.

ἀμύσσω, vel ἀμύττω, rado, unguibus lacero, lanio, diſcerpo.

κήδειος, amatus, charus, amicus, cujus curam gerimus, à κῆδος, cura.

δαίειν γάμον, celebrare epulum nuptiale.

ἀρνέομαι, recuſo, nego. ἀπὸ τοῦ αἴρειν τὰς χεῖρας ἐπὶ τῷ παραιτήσει, ſolemus enim ſignificare tollendo, aut removendo, cum quid petenti recuſamus.

διδοῖσθα pro διδοῖς, à διδόω. διδόεις, διδοῖς.

ῥιγεδανὸς, horribilis, *hic*, quem omnes exhorrent, a ῥῖγος, τὸ, rigor, frigus.

ἐώλπειν, Pluſquam Perf. poetica licentia tranſpoſito augmento pro ἠόλπειν, ab ἔολπα, *Atticè* pro ἤλπα, Præt. verbi ἔλπομαι, pro ἐλπίζω, ſpero, ἔλπω autem ſperare facio.

μέμβλεται pro μεμέληται: item μέμβλετο pro μεμέλητο. *Syncope* & *Pleonaſmo* τοῦ β. aut ex μέμβλω idem quod μέλω, ex eoque factum, *diplaſiaſmo* τοῦ μ. & *parentheſi* τοῦ β. *Euphon. gratia*.

ἄπαστος, qui non guſtavit: etiam jejunus, ab α *priv.* & πάω, guſto.

ἅρπη, falx, item avis quædam aquilæ ſimilis.

ἐκποτέομαι, idem quod ἐκποτάομαι, hoc autem quod ἐκπέτομαι, evolo.

ἐντρέχω, convenio, *hic*.

κρατευγύαλος, pro κραταιογύαλος, firmus, fortis; a κραταιὸς, & γύαλον, τὸ, cavitas, propriè vola.

σῦριγξ, fiſtula: item vagina haſtæ: *ut hic*.

χαλινὸς, ὁ, frænum, a χαλάω, laxo.

ἑώμεν, pro ὦμεν, *Pleonaſmo* τοῦ ε, ab inuſitato ἕημι, ex ἕω, ſignificat autem idem quod πληρόω, ſatio, impleo.

νωχελὴς, ὁ καὶ ἡ, tardus, ſegnis; a νὼ privat. & κέλλω, *quod eſt aliquando* ταχέως τρέχω: item, invalidus. νωχελία, & *Ion.* η. ignavia. [illegible]

CLAVIS

# CLAVIS HOMERICA

## in γ Iliadis.

ΘΡώσκω, ſalio. θρωσμὸς, tumulus, locus editior.

Νόσφι ὠκεανοῖο, præter Oceanum.

ἄλσ☉, lucus, locus omnis arboribus conſitus, nemus, ab ἅλλομαι, quod ſtirpes & arbores ibi ſponte ſaliant, inquit *Euſtath.*

πῖσος, & πεῖσ☉, τὸ, locus humectus, hortus; a πίνω, bibo, quaſi qui poſſit πίνειν, (ι) potum præbere, pratum.

Διὸς ἔνδον, apud ædes Iovis.

νηκουστέω, non audio, a νὴ & ἀκούω.

πτὺξ, ἡ, cacumen montis, *hic.*

ἔχω, *hic*, ſuſtineo.

ἐριούνης, ὁ, valdè utilis, ab ὄνημι.

ἀκερσεκόμης, ὁ, intonſus, a κείρω, tondeo.

ἔτι, hic aliquando.

Καλλικολώνη, ἡ, hic locus quidam amœniſſimus, Diis ſacer, juxta Simoentem amnem, proprie pulcher collis, tumulus, a κολωνὸς, tumulus.

εὐρώεις, ὁ, putris, ſituoſus, ſitu & mucore obſitus, item tenebroſus, item amplus; ab εὐρὼς, ὁ, putredo, ſitus, mucor.

ἔναντα, contra.

κελαδεινὸς, ſonorus, tumultuoſus; a κέλαδος, ὁ, tumultus.

σῶκος, ſervator, Mercurii epitheton, pro σωσίοικος, a σόω, & οἶκος.

ἀντία, idem quod ἀντίον, ex adverſo, contra.

ἀνδρόμεος, humanus, ab ἀνήρ.

ἀρειά, minæ, ab ἀρὰ, imprecatio.

ἐναργὴς, ὁ, ἡ, perſpicuus; ab ἀργὸς, ὁ, albus.

ὁμήγυρις, multitudo hominum congregatorum, cœtus, ex ὁμοῦ, & ἄγυρις, idem.

ἀμφίχυτος, ὁ, ἡ, terrâ aggeſtâ utrinque munitus; a χέω, terra fuſili extruo.

ὀφρὺς, ἡ, tumulus, (ι) collis, jugum montis.

δυσηλεγὴς, ὁ, ἡ, gravis, ab ἀλέγω, curo.

καρκαίρω, reſono, ſonitum do, pulſatus tremo.

νευστάζω, nuto, caput concutio; a νεύω, innuo, annuo.

ἀτίζω, vilipendeo; ab α, & τίω.

γλαυκιάω glaucis oculis terribiliter intueor; a γλαυκὸς, glaucus.

ἀεσίφρων, ὁ, ἡ, ventoſâ mente præditus, inconſtans, ſtultus, *ut hic.* ab ἄω, flo, ſpiro, & φρὴν, mens.

μετατροπαλίζω, idem quod μετατρέπω, converto.

αἴσυλος, nefarius, indecens, *ut hic.* παρὰ τὸ αἶσα,

(ι) βλάψαι.

περ-

προὔκλυτος, præauditus, præcognitus, a κλύω, audio.

ἁλοσύδνη, una Nereidum.

κτίζω, condo, ædifico.

ὑπώρεια, ima montis pars, pes ſeu radix montis, ab ὄρος, mons.

ἀνθέρικος, ὁ, aſphodeli fructus.

ἀνηρείψαντο, ab ἀνερείπτομαι, rapio, corripio, ab ἐρέπτω, edo, veſcor, *pleonaſmo* τοῦ ι.

πρόειμος, idem quod πρόσειμος, ante.

ἐλαύνω, induco. *hic.*

ἔλε, diſrupit.

ἄσπερμος, ſine ſemine, ab α & σπέρμα, τὸ, ſemen.

ἄφαντος, ὁ, ἡ, obſcurus, ab α privat. & φαίνω.

ἐπισεύω, ago.

ἀτάω, & ἀτέω, lædo.

κολούω, amputo, detrunco; ſed κωλύω, impedio.

ἀΐσθω, pro ἀΐω, audio, item. pro ἀποπνέω, exſpiro.

ἤρυγεν, Aor. 2. ab ἐρεύγω ante.

ἀναφαίνω, oſtento.

μάσσω, pinſo, conficio.

πάλιν ἔτραπε, retorſit.

μέλλω, aliquando debeo, *ut hic.*

*καγγόνυ pro κατὰ γόνυ.*

πεφιδοίμην, Aor. 2. Med. Opt. a *φείδω per Anadiplaſiaſmum Ionicum.*

ὀλισθέω, labor, cado; ab ὄλισθος, lapſus, caſus; ab ὄλλυμι. ὄλισθε Aor. 2. ſine augmento.

ἶνα, ubi.

μυελὸς, ὁ, medulla, a μύω, claudo.

σφονδύλιον, τὸ, vertebra, ſpina dorſi, ſeu unum ex 24 oſſibus, quibus tota ſpina conſtructa eſt, à σπόν-

σπόνδυλος, ὁ, idem.

κυκάω, turbo, confundo, *hic.*

ἄγκος, τὸ, vallis; ab ἀνακεῖσθαι.

εἰλυφίζω, convolvo; ab εἰλύω.

ἐΰτρόχαλος, ὁ, ἡ, rotundus : item æquabilis, planus, a τρέχω.

βάλλω, aſpergo, *hic.*

ὁπλή, unguis, quadrupedum; ab ὅπλον.

CLA-

# CLAVIS HOMERICA

## in Φ Iliadis.

Πόρος, ὁ, tranſitus; a περάω, tranſeo· item, alveus, *ut hic.*

πεφυζότες, a πεφυζὼς, ἀ φύζω, aut factum eſt *per Syncopen* ex πεφυζηκὼς, a φύζω, idem quod φεύγω.

πίτνω, jacio, projicio, ante oculos expando, offundo, *ut hic.* cujus imperf. πίτνα, tanquam à πιτνάω, & Participium πιτνὰς, accidens, à πίπτω, cado.

ἀκρὶς, ἡ, locuſta.

ἀποστρεφάδην, converſim, a στρέφω.

εὔορμος, ὁ, ἡ, tutus, *epith. portus*; ab ὅρμος, ὁ, ſtatio navium.

ὄρπηξ, ηκος, ὁ, ramus. παρὰ τὸ ἕρπειν.

ἀνώϊστος, ὁ καὶ ἡ, inopinatus, ab οἴω.

ὦνος, ὁ, pretium, ab ὠνέομαι, emo.

περάω, vendo.

ἄμμεναι, *Dor.* pro ἄειν Inf. ex ἄω, pro ἄδω· ex quo

ἀέμεναι

ἀέμεναι *Doricè* vel *Ionicè*, exempto autem ε, & μ ejus loco inſerto, ἄμμεναι, ſatiatum eſſe.

ἱκέτης, ὁ, ſupplex, ab ἱκνέομαι, aliquando ſupplico.

ἄλφω, idem quod ἀλφάνω, invenio.

λύμην, ſolverer. Præt. Perf. ſeu pluſquam perf. Opt. Paſſ. pro λελύμην, a λύω, aut Aoriſt. 2. Med. Opt. Modi, a λῦμι.

ὁμογάστριος, frater, qui ex eodem ventre prodiit, uterinus, ὁμογάστωρ, & ἀγάστωρ, idem, à γαστὴρ, ante.

δείλη, ἡ, pomeridianum tempus, tempus veſpertinum, quoniam tunc ἡ εἵλη τοῦ ἡλίου ἐνδίει: eſt etiam δείλης, *ut hic*. & eſt Maſc. ſecundum Budæum.

ἐνταυθοῖ, *hic*, *huc*, ab ἐνταῦθα, idem quod ἔνθα, ab eoque factum.

ἀπολιχμάω, delambo, lambendo aufero, λιχμάζω, vel λιχμάω, lambo, quod a λείχω, idem.

ἀκηδὴς, ὁ, ἡ, ſecurus; ab α privat. & κῆδος, τὸ, cura.

φρὶξ, ἡ, ſuperficialis inundatio, veluti quum mare exigua aura ſtringitur.

ἠὼς, ἡ, *h.c.* dies, per *Synecdochen*.

περιδέξιος, ambidexter, à δεξιὰ, ἡ.

ἐπιγράβδην, ſuperficiatim, leviter, à γράφω.

σύτο pro ἔσυτο. Præt. pluſquam perf. paſſ. verbi σύω, pro ἔσυτο.

ἰθυπτίων, ὁ καὶ ἡ, rectà volans, ab ἰθὺς, rectus, & πέτομαι, volo.

ἁλιμυρήεις, ἐντος, ὁ καὶ ἡ, in mare cum ſonitu quodam aut fremitu fluens, ab ἅλς, mare, & μύρω, fluo, ſtillo.

φρεῖαρ, τὸ, puteus, *Poeticè* pro φρέαρ, idem.

ἔγχελυς, anguilla, ab ἰλὺς, limus, & χέω, aut ἔχω,

ἴχω, generatur enim ἐκ τοῦ ἰλύος.

ἐπινεφρίδιος, renibus obtenſus, a νεφρὸς, ὁ, ren.

στείνω, pro στένω *Ionicè, hic* arctor, ſeu coarctor, ut etiam ante Il. ξ.

ἄγη, ſtupor, ab ἀγάω, ſtupeo.

δείελος, ὁ, ἡ, pomeridianus; item, veſper, *ut hic*; a δείλη, paulo ante.

σκιάζω, idem quod σκιάω, obumbro, à σκιὰ, ante.

οἶδμα, *per Synecdochen* pro οἴδημα, τὸ, tumor; ab οἰδέω, tumeo.

σάω, per *Apocopen Æolicam* abjecto etiam augmento pro ἐσάωζε imperf. verb. σαώζω, ſervo, a σόος ante.

πτελέα, ulmus.

ἀκροκελαινιάω, in ſummo vel ſuperficie nigrico, ab ἄκρος & κελαινιάω, nigrico, quod eſt a κελαινὸς, ater; à μέλας.

οἴμημα, impetus, ab οἴμη, via.

ὀχετηγὸς, ὁ, aquæ ductor; ab ὀχετὸς, ὁ, canalis, aquæ ductus.

μάκελλα, ἡ, ligo, παρὰ τὸ μονόθεν κέλλειν, i. e. κινεῖν, movere, vel τέμνειν, ſecare.

ἀμάρη, alveus; ab ἅμα & ῥέω.

ψηφὶς, ἡ, calculus, (i) lapillus: a ψῆφος, ἡ, idem.

προαλὴς, declivis, a προάλλομαι, proſilio.

εἵμαρμαι, *Atticè* pro μέμαρμαι, Præt. perfect. Paſſivum, verb. activ. μείρω, μ *Atticè*, in ει mutato.

συφορβὸς, ὁ, ſubulcus, a σῦς, & φορβὴ pabulum.

ἔναυλος, ὁ, torrens: *propriè tibiis perſonans*; ab αὐλὸς, ὁ, tibia.

ἀποέρσει pro ἀπέρσει, quod eſt futurum *Æolic.* verbi

verbi ἀποέρρω, ſecundum quoſdam: ſecundum alios ἀποείρω, ſignificat idem quod φθείρω.

λωφάω, reſpiro, interquieſco, finem facio aliquem infeſtandi: *metaphora ſumpta à bobus*, à quorum cervice deponuntur onera: à λόφος, ὁ, cervix.

κορύσσω, *hic*, attollo.

ἵστη, *hic*, eſt Imperat præſentis perſon. ſecund. fit ex tertia ſingulari Imperf. Act. abjecto augmento: ita enim aliquando formatur Imperat. tam verborum in μι, quam in ω deſinentium. Aut ſecundum alios, eſt pro ἵσταθι, per *Apocopen*, brevi, quæ præcedebat, mutata in longam.

μέμονα, *hic*, audeo.

νειόθι, pro νειάτοθι in imo fundo aut parte. vide νειόθεν ante.

χερὰς, colluvies miſta cœno, & lapidibus, a χέρμα, acervus parvorum lapidum, quod a χερμὰς, ἡ, lapis qui manum implere poteſt: hoc autem a χεὶρ, manus.

τυμβοχόη, tumulus, à τυμβοχοέω, tumulum ſtruo, quod à τύμβος & inuſitat. χοέω, a χέω, terra aggeſta exſtruo.

ἄσις, cœnum, limus.

πιφαύσκεο, *Ion.* pro πιφαύσκε; a πιφαύσκω, à φάω.

ἀργεστὴς, ὁ, albus, velox, procelloſus, *epitheton* noti.

φλέγμα, τὸ, incendium, à φλέγω ante.

τιτύσκετο, *hic*, parabat: a τιτύσκομαι, dirigo.

ξηραίνω, arefacio: a ξηρὸς, ſiccus.

νεοαρδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, nuper irrigatus, ab ἄρδω, irrigo.

ἐθείρω, ex more colo: ab ἔθος, τὸ, mos.

κύπειρος, ἡ, & κύπειρον, τὸ, cyperus, herba ex juncorum genere.

φλύω, & φλύζω, nugor: item, ferveo, ebullio, à φλέω, idem, φλαίζω, etiam idem ſignificat.

μέλδω,

μάλδω, liquefacio, μάλδομαι, liquefio; item, pro μέλδω, *ut hic*.

ἀμβολάδην, pro ἀναβολάδην, cunctanter, ferventer, ab ἀμβάλλω, pro ἀναβάλλω, tollo, &c.

χρεάω, *hic*, invado furioſe, cum impetu aggredior.

ἄητο, agitabatur, ſpirabat, præt. imperf. med. ab ἄημι.

κάγκανος, ſiccus, aridus; a καγκαίνω, exicco.

σαλπίγγω, σαλπίζω, uſitatius. Fut. ίγξω, & ίσω, tuba cano, buccino, reſono, *ut hic*, a σάλπιγξ ante.

ῥινοτόρος, ὁ, clypeos tundens, vel potius perforans, ſecans, Martis *Epith.* a ῥινὸς, ὁ vel ἡ, corium *item, per Synecdochen*, clypeus, & τορέω, perforo, penetro.

κυνόμυια, ὁ, ἡ, muſca canina: *metaph. pro impudente*: à κύων, & μυῖα, ἡ, muſca.

δάπτω, voro, dilanio: *hic*, ſaucio.

θητεύω, mercede ſervio. à θὴς, ητὸς, ὁ, qui mercede ſervit.

ῥητὸς, dicendus, memorandus, celebris, item conſtitutus, præfinitus, pactus, *ut hic*, a ῥέω, dico, loquor.

πολυγηθὴς, gratiſſimus, multum lætitiæ afferens, à γηθέω, gaudeo.

τηλεδαπὸς, ὁ, peregrinus: à τῆλε, procul, & δάπεδον, terra, ſolum, pavimentum.

κεκοτηὼς pro κεκοτηκὼς *Ionicè*. Part. Præt. Act. à κοτέω, iraſcor.

σαόφρων, & σώφρων, cui mens ſalva eſt; item prudens, q. d. ὁ σάος, vel σῶς τὰς φρένας.

ζαφλεγὴς, ὁ, ἡ, valdè urens, florens, *ut hic*, a ζᾶ, & φλέγω.

χηραμὸς, caverna, latibulum, luſtrum ferarum.

διάκτορος, ὁ, nuncius, ὁ διάγων τὰς ἀγγελίας (i) qui tranſmittit nuntia. *Mercurii Epith.*

πληκτίζω, pugno: a πλήσσω, percutio.

πεπτεῶτα

πεπτεῶτα, pro πεπτῶτα *pleonaſmo* τοῦ ε. hoc ante pro πεπτωκότα Part. præt. perf. Act. verbi πίπτω, tanquam a πτόω.

πυλαυρὸς, ὁ, portæ cuſtos, urbis portarum cuſtodiæ præfectus, pro quo πυλαωρὸς & πυλάωρος, *ut hic*, a πύλη, & οὖρος, cuſtos.

πεπταμένος, apertus; a πετάζομαι, & πετάννυμαι, pandor, *præt.* πέπταμαι, panſus, explicatus, apertus ſum.

ἄλητο, ſaliat: ab ἅλλομαι, ſalio.

πορφύρω, purpureo colore perfundo, dicitur & mare fluctuans, πορφύρειν; *unde metaph. dicitur de animo concitato & turbido.*

ἑσπέριος, ὁ, veſpertinus; ab ἕσπερος, veſper, quod ab ἕως, ἡ, lux, & πέρας, finis.

ἀπαειρόμενος, diſcedens; ab ἀπὸ & ἀείρω, tollo.

ὑλαγμὸς, ὁ, idem quod ὕλαγμα, τὸ, latratus, ab ὑλάω, latro.

ἡσύχιος, quietus, quiete fruens.

θέλγω, mulceo, delinio: item, fallo, *ut hic.*

CLA-

# CLAVIS HOMERICA

## in x Iliadis.

Ἀπεψύχοντο, abſtergebant; ab ἀποψύχω, refrigero, abſtergo, *ut hic.*

ἆλεν, vide ἔαλη ante.

πυρετὸς, ὁ, febris, a πῦρ, *propter æſtum morbi.*

εὖνις, ὁ, ἡ, *hic,* orbatus, *in qua ſignif. venit* ab ἓις, unus.

πρὸς δὲ, adhæc.

φρονέω, *hic,* vivo.

κόλπον ἀνιέμενος, ſinum denudans.

λαθικηδὴς, ὁ, ἡ, oblivíſci doloris faciens, curas oblivione tegens; a λήθω, & κῆδος, cura.

χειὰ, ἡ, luſtrum, a χέω, capax ſum.

ὀρέστερος, monticula, montanus, agreſtis, ab ὄρος, τὸ, mons.

ἀποδάζομαι, diſtribuo, a δαίω, divido.

κέκευθε, Aor. 2. *Ionic. reduplic.* pro ἔκευθε, a κεύθω ante.

αὔτως, ita.

ἠΐθεος, adoleſcens, innuptus, *ut hic*; ab αἴθω, uro, quaſi αἴθεος, *quia juventus eſt fervida*.

ὁρμάω, irruo, impetu feror, ab ὁρμὴ ante.

ταρφέα, *hic*, vehementer: a τάρφος, τὸ, denſitas.

ληκῶ, crepo, ſonum edo, per *Onomatop.* Aor. 2. ἔλακον, Præt. Med. λέλακα, & λέληκα: unde Participium λεληκώς.

ἁμαξιτὸς, ἡ, via vehicularis, curulis, ab ἅμαξα, ἡ, currus.

θέρος, τὸ, æſtas.

πλυνὸς, labrum, locus ubi lavatur: item, vas ad lavandum, a πλύνω, lavo.

λαΐνεος, lapideus, idem quod λάϊνος.

ἱερήϊον, victima, ab ἱερεὺς, ὁ, ſacerdos.

τρωχάω, pro τροχάω, idem quod τρέχω, ex eoque factum.

θάμνος, ὁ, fruticetum, denſus fruticibus, frutex, *hic*.

καταπλῆξαι, a πλήσσω ante.

ἀνιχνεύω, perveſtigo, indago, ab ἰχνεύω, veſtigo, ab ἴχνος, τὸ, veſtigium.

προπροκυλινδοῦμαι majoris emphaſeos gratia, pro προκυλινδοῦμαι, provolvor ad pedes alicujus more ſupplicis, a κυλινδέω ante.

φειδωλὴ, parſimonia, a φείδομαι, parco.

κερδοσύνη, aſtutia, dolus, à κέρδος, τὸ.

θεοὺς ἐπιδώμεθα, deos teſtemur.

ἁρμονία, ἡ, *hic*, pactum; ab ἄρω, apto, congruo.

καμμονίη, pro καταμονία, perſeverantia, victoria, *ut hic*, a καταμένω, conſtanter permaneo.

συνημοσύνη, ſocietatis ſanctio, pactum, a συνήμων, ὁ, ἡ, ſocius, a σὺν, & ἵημι, mitto.

ἄλαστος,

ἄλαστος, propriè, cujus memoria erit perpetua, hic qui mala, ἄλαστα intulit. Doricè pro ἄληστος, à λήθω, lateo.

ὑπάλυξις, ἡ, effugium, ab ἀλύσκω ante.

ἀθρόα πάντα, omnia ſimul, opponitur τοῖς διεσκεδασμένοις, id eſt, diſperſis.

ἠείδης, pro εἰδῆς, Pluſq. perf. ſub. Med. pleonaſmo τοῦ η, vel Attica Epentheſ. τοῦ ει, pro ᾔδης, ab ᾔδειν: Pluſq. perfect. Indic. verbi εἴδω, ει converſo in η. ι. ſubſcripto.

ἀρτιεπής, loquax, non mutilans verba, ἄρτιος, abſolutus numero, adaptatus, & ἔπος.

ἐπίκλοπος, furax: item, ſubdolus, vafer, deceptor, ut hic, ab ἐπικλέπτω furor: a κλέπτω, ante.

ἔπλεο, a πέλομαι, ſum, pro ἐπέλου.

ἀπεπλάγχθη, reſiliit: ab ἀποπλάζω, aberro.

κατηφήσας, mœſtus: a κατηφέω, ſum vultu demiſſo, a κατηφής, qui eſt, vultu demiſſo. ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν.

ἀλέη, ἡ, vitatio, effugium, ab ἀλέω, vito ante.

ἐσσόμενοι, poſteri: ab εἰμὶ, ſum, pro ἐσόμενοι.

εὐηκής, valdè acutus, ab ἀκή, mucro.

λαυκανία, ἡ, guttur, παρὰ τὸ λαύειν, idem quod ἀπολαύειν, fructum capio: quia ea pars præ cæteris voluptatem è cibo potuque ſentiat.

ἀσφάραγος, ὁ, hic, gula, guttur, ἀπὸ σφαραγεῖν, i. e. ἠχεῖν, ſonare, quoniam δι' αὐτοῦ φωνὴ φέρεται: σφάραγος, ſonus qui gutture emittitur.

ὀπίζομαι, curo, revereor, ab ὄπις, ἡ, ultio, ſeu vindicta, ante.

ἑλκέω, hic, dilacero, in diverſas partes trahendo; ab ἕλκω.

αἰκῶς, turpiter, ejuſdem originis, cujus αἰκίζω ante.

εἰκοσινήριτος, de quo viginti contendunt, ab ἐρίζω.

προτιόσσομαι, aſpicio, intueor, præſagio, divino, *ut hic*, ab ὄσσομαι, idem, quod ab ὄσσα, ἡ, aliquando omen.

μήνιμα, ira ſeu ultio divina, a μῆνις.

φυὴ, ἡ, ſtatura, *hic*.

ἀμφαφάασθαι, tractari: ab ἀφάω, tracto, pro ἀμφαφᾶσθαι.

τετραίνω, pro τιτραίνω: unde hic Aor. 1. τέτρηνα, a τιτράω, terebro, perforo.

πτέρνα, calx, veſtigium.

καλύπτρη, ἡ, velamen, Ionicè pro α, a καλύπτω.

σμύχω, attero, conſumo: item, uro.

λιτανεύω, ſupplico, à λίσσομαι.

κόπρος, ὁ, ἡ, fimus.

δυσάμμορος, ὁ, ἡ, infœlix; a δυς, & μοῖρα, fatum.

βείομαι, vivam, pro βιώσομαι, a βιόω, vivo.

θρόνον, τὸ, flos, pigmentum.

κερκὶς, ἡ, ίδος, radius textorius.

ἑκυρὰ, *Ionicè*, ἑκυρὴ, ſocrus, ab ἑκυρὸς, ante.

μαινὰς, άδος, ἡ, furioſa, inſana, a μαίνομαι.

καπύω, efflo, expiro, a κάπτω, flo, ſpiro.

κεκρύφαλος, ὁ, reticulum, quo mulieres crines ſuos compeſcunt, a κρύπτω.

ἀμβλήδην, pro ἀναβλήδην, ſeu ἀναβολάδην, procraſtinando: item, cunctanter, & ſegniter; ab ἀναβάλλω, remoror, protraho.

ἀπουρίζω, *Ionicè* pro ἀφορίζω.

πανάφηλιξ, ὁ, ἡ, qui caret æqualibus: ab ἀφῆλιξ, qui florentes annos exegit, impuber, ab ἡλικία, ἡ, ſtatura, item, adoleſcentia: ab ἡλίκος, ὁ, quantus: item, qui eſt ejuſdem ætatis.

ἠπυμ-

ὑπεμνήμυκε, triſtatus eſt, vel dejectus: a μνημύω, triſtis incedo, & demiſſo vultu.

ἐδίηνε, Aor 1. διαίνω, irrigo.

ἀμφιθαλής, ὁ, ἡ, circumfloridus: item, patrimus, & matrimus cui pater & mater adhuc vivunt, *ut hic*. ab ἀμφὶ, & θάλλω, vigeo, floreo.

ἐνίσσω, idem quod ἐνίπτω.

νηπιαχεύω, inſtar vagientis doleo, pueriliter me gero: a νήπιος, infans, & ἀχεύω, doleo.

ἀπὸ πατρὸς ἀμαρτὼν, patre privatus.

Z 3 CLA-

# CLAVIS HOMERICA

## in Ψ Iliadis.

Τεταρπώμεσθα pro ταρπώμεθα, Aoriſt. 2. med. conjunct.

ὠμὰ δαίσασθαι, in fruſta ſecari.

ἀφοπλίζω, exuo, ab ἀπὸ, & ὅπλον, arma. ομαι, idem.

τάφος, ὁ, epulum funebre, *ut hic*, a θάπτω, ſepelio.

ὀρέχθεον, mugiebant, ab ὀρεχθέω, cupio; item, ſuſpiro, eſt vox ficta, ad imitationem ſuſpirii quod animam efflantes edunt; *ut hic*; ab ὀρέγομαι, appeto, ο *in imperf.* pro ω.

εὑόμενοι, aſſati; ab εὕω, uro, uſtulo.

κοτυλήρυτος, ὁ, ἡ, in poculum fluens; a κοτύλη, poculum, & ῥέω, fluo, vel volæ hauſtus, quantum utraque manu haurire potes, multus, ab ἀρύω, haurio, & κοτύλη, vola.

ἐσσυμένως, ſtudioſè, cum fervore: à σεύω, incito. *ſe-*

*mirato*

*minato* σ, quod a σεύω, idem.

κλύζω, dicitur aliquando de quodam ſonitu quem edunt fluctus, *ut hic*.

μελέδημα, τὸ, cura, a μελεδαίνω, curo.

κμόντες, mortui, à κάμνω, *aliquando, ægroto*: idem etiam κεκμηκότες.

ἀλάλημαι, ab ἀλάλημι, *per reduplicationem* pro ἄλημι, vagor, erro, ab ἀλάομαι ante.

μὲ πυρὸς λελάχητε, ignis me conſortem feceritis, a λαγχάνω, ſortior.

ἀμφιχαίνω, abſorbeo, deglutio, *propriè* circum hio, χαίνω, ante.

ἐφήσομαι, Fut. 1. ab ἐφήδομαι, delector, gaudeo, ab ἥδομαι, ante.

ἀστράγαλος, ὁ, *hic*, ludus talorum.

ἐνδυκέως, accuratè, humaniter, prompto animo

σορὸς, ἡ, conditorium, ſepulchrum, urna.

ἀμφιφορεὺς, έως, *Ionicè* ῆος, ὁ, amphora, i. e. vas utrinque auriculas habens quibus geſtari poteſt, ab ἀμφὶ, & φέρω.

ἀμφιβάλλω, *hic*, complector, amplector.

συμπλαταγέω, manibus comploſis ſtrepitum edo, πλαταγέω, crepito, crepitaculo ſonitum edo, a πλαταγὴ, crepitaculum: quod à πλατάσσω, ex ictu ſonitum excito: hoc autem à πλατύς.

ἄναντα, καὶ κάταντα, πάραντα, τὰ, acclivia, declivia, prærupta, *poeticè* pro ἀνάντη, κατάντη, παράντη: ex ἀναντὴς, καταντὴς, παραντὴς, ab ἀνὰ, παρὰ, & κατὰ, & ἀντάω, occurro, obviam eo.

φιτρὸς, ὁ, ſtipes, truncus.

ἠρίον, monumentum, ſepulchrum.

παραιβάτης, ὁ, tranſgreſſor, pugnator è curru, à παραὶ, & βαίνω.

καταειννύω, induo, conveſtio, tego; ab εἰνύω, idem quod ἕω, induo, & κατὰ.

νηέω, glomero, acervo, *ut hic*; a νέω, glomero.

παρ' αὐτόθι, ibidem.

ἔνορχος, ὁ, teſticulatus, pro ἔνορχις, ab ὄρχις, ὁ, teſticulus

ταγὸς, dux. τάσσω, ordino.

κηδεμὼν, όνος, ὁ, qui rei alicujus curam gerit, curator, procurator, *funeris hic*.

δαρτὸς, & δρατὸς, excoriatus, a δέρω.

ῥοδόεις, roſaceus, a ῥόδον ante.

ἀποδρύφω, idem quod ἀποδρύπτω, dilacero, excorio, a δρύπτω, lacero, excortico, quod a δρῦς.

ἑλκυστάζω, trahendo rapto, ab ἑλκύω, ante.

σκήλῃ, areſaceret, Aor. 1. Sub. ſecundum *Euſtath.* a σκάλλω: nam ſi a σκέλλω eſſet, faceret σκείλῃ. Alii autem (cum σκάλλω nullam habet hujuſmodi ſignificationem, qualis hic eſt, & cum σκήλειε Aor. *Æolic.* expoſitum ſit apud *Heſychium* σκληρύνειε, ut & σκῆλαι) a σκέλλω, deducunt.

νυμφίος, ὁ, adoleſcens ſponſus, a νύμφη, ſponſa.

ἑρπύζω, repto; ab ἕρπω, idem.

ἑωσφόρος, ὁ, lucifer, ſtella auroræ prænuntia, ab ἕως pro ἠὼς, aurora. & φέρω.

ἄλλεγον, *pro* ἀνάλεγον; *& hoc pro* ἀνέλεγον.

τορνόω, torno, cœlo: item, circulo circumſcribo, a τόρνος, ὁ, quod a τερέω, terebro, torno.

ἱζάνειν ἀγῶνα, inſtituere ludos, ἱζάνω enim aliquando inſtituo.

ὠτώεις, anſatus; ab οὖας, τὸ, auris.

ἑξέτης, ὁ καὶ ἡ, ſexennis, ab ἓξ, & ἔτος, annus, pro quo ἑξαέτης.

βρέφος, εος, τὸ, infans, fætus, recens editus, aliquando brevi edendus, *ut hic*.

κυέω, in utero geſto, concipio, a κύω.

κεχανδὼς, capax, a χάζω, capio, capax ſum, *præt. med.* κέχαδα, *& inſerto ν* κέχανδα.

ἀμφί-

ἀμφίθετ@, ὁ, ϗ ἡ, qui utrinque poni poteſt, ab ἀμφὶ & τίθημι.

ἀπύρωτ@, ὁ, ἡ, igni nunquam admotus; itaque novus, a πῦρ, τὸ, ignis.

ἐρηρέδαται Ionicè pro ἐρηρεισμένοι εἰσὶ, factum ex ἐρήρεισται, ut ἐρράδαται ante 190. ἐρήρεισται autem eſt tertia ſingularis, ab ἐρήρεισμαι, Præt. paſſ. factum ex præt. Act. ἐρήρεικα, habente *Atticam reduplicationem* pro ἤρεικα, ab ἐρείδω.

στέλλομαι, *hic*, accingor, inſtruor, paror, a στέλλω, apparo.

βάρδιστ@ pro βράδιστ@, *metri cauſa*: βράδιστ@ autem eſt ſuperlat. βραδὺς, brevis: cujus comp. βραδύτερ@, βραδίων, pro βραδίων, eſt etiam βραδύτατ@, ſuperlat.

ἀφάρτερ@, velocior: ab ἄφαρ, ſtatim, continuo.

ἐρεχθόμεν@, jactatus: ab ἐρέχθω, cædo, quaſſo.

προὔχων, præcedens, eminens; à πρὸ & ἔχων, po.t. pro προέχων.

ὀργυιὰ, ἡ, ulna: item, paſſus.

ξυνοχὴ, pro συνοχὴ, ἡ, hic coarctatio, in anguſtum contractio, anguſtiæ viarum, a συνέχω, conſtringo.

νύσσα, ἡ, meta: à νύσσω, pungo, fodio.

κένσαι, a κέντω, quod aliquando dicitur, pro κεντέω, pungo, *ut hic*.

ἐπαυρεῖν, *hic*, impingere, ab ἐπαυρέω, propriè fruor: item, damnum accipio.

πεφυλαγμέν@, cautus, φυλάσσομαι enim paſſiv. idem ſignificat quod φυλάσσω Activ.

μεμνέῳτο, pro μεμνέοιτο *per ectaſin*: hoc autem Dyalyſ. pro μεμνοῖτο quod apud Cratem invenitur: hoc autem pro μεμνῇτο, Præt. Opt. verbi μνάομαι. pro quo

quo etiam legitur μεμνῷτο, apud Xenophont. & μεμναίατο apud Pindarum. Secundum alios eſt pro μεμνῷτο *Diaſyſi*: hoc autem pro μνῷτο, per *Anadiploſiaſm*. μνῷτο autem eſt 3. ſing. Præſ. opt. contract. ex μνάοιτο.

πίλνημι, idem quod πιλάζω appropinquare facio.

ἐλεφαίρω, decipio, lædo.

θρυλλίζω, collido, murmuro; a θρύλλος, ὁ, ſuſurrus.

ῥωχμός, ῦ, ὁ, ſciſſura, rima, hiatus, a ῥωγὴ fiſſura, quod a ῥήγνυμι.

ἁματροχὶς, rotarum concurſus, curruum concurſus, a τρέχω.

ἔρον, *hic*, idem eſt quod ὅρμημα.

συγκύρω, idem quod συγκρούω, collido.

φράζομαι, *hic*, video.

αὐγάζομαι, *hic*, video, intueor, ab αὐγή.

πρότερος, ὁ, prior, à πάρος, ante.

λαβρεύομαι, præceps ſum in loquendo.

λαβραγόρης, ὁ, loquax, præceps in loquendo, à λάβρος, vorax, & ἀγορέω, dico.

εὔληρα, τὰ, lora, habenæ.

ἥκιστος, minimus, tardiſſimus; ab ἦκα, quietè.

λοῖσθος, ultimus, poſtremus, idem λοίσθιος, ὁ.

χεῦμα, τὸ, fuſum; a χέω, fundo: ſed hic, extrema ora rei.

ἐπιπλήσσω, increpo.

ῥαδινὸς, tenuis, gracilis, ἀπὸ τοῦ ῥᾷον δινεῖσθαι.

ὑπερβασία, ἡ, tranſgreſſio; ab ὑπὲρ, & βαίνω.

ἀλδέω, augeo, ἀλδήσκω incrementum accipio.

νεοίη, juvenilis ætas, a νέος, juvenis.

ἀγὼν, aliquando ſignificat ſpectantium certamen multitudinem.

αὔτως, *hic*, gratis.

παλαίω,

παλαίω, luctor, certo, à πάλη, ἡ, lucta: unde & παλαισμοσύνη, idem.

ἀκοντιστὺς, ἡ, jaculatio, jaculandi ars, jaculandi certamen, ab ἄκων, jaculum.

ὑπερβαλὼν, ſuperans.

ἀλγίων, ἄλγιστος, moleſtior, moleſtiſſimus, difficilior, difficillimus, comparat. & ſuperlat. ab ἄλγος, τὸ, moleſtia.

δεδουπὼς, *hic*, mortuus: *ſed fortè propriè*, cadens, *particip.* a δουπέω, obſtrepo, cadendo ſono.

χρόμαδος, ὁ, ſtrepitus.

φυκιόεις, ὁ, algoſus.

πτύω, ſpuo.

ἀλλοφρονέων, mente alienatus, ab ἄλλος, & φρονέω.

ἀμείβοντες, tigna ædificium ſuſtinentia, trabes quæ ſeſe invicem fulciunt.

σμώδιγξ, idem quod σμῶδιξ, ἡ, ante.

σφῆλαι, movere: a σφάλλω, ſupplanto.

κώληψ, ὁ, talus, ſura, poples.

χανδάνω, a χάδω, idem, capax ſum.

πήνιον, τὸ, *hic* eſt ſtamen, ſeu filum, quod è colu deducitur & fuſo divolvitur, proprie eſt fuſum ipſum, inquit *Suidas*, a πῆνος, ὁ, & πήνη, ἡ, textum.

μίτος, ὁ, licium.

ἀϋτμὴν, ὁ, halitus, ab ἄω, ſpiro.

ὀλισθέω, ῶ, labor, eris.

ὄνθος, ὁ, ſtercus.

ὠμογέρων, cui viridis & cruda eſt ſenectus, cui licet ſeni caput non eſt canum.

ἐριδδέω, contendo, *poeticè* pro ἐριδέω, hoc autem factum ex Fut. 2. ἐριδῶ, ab ἐρίζω, quod eſt ab ἔρις.

ἔνδινα, τὰ, inteſtina; ab ἔνδον, intus.

σόλος, ὁ, diſcus.

αὐτοχόωνος, veluti ſua ſponte fuſus, craſſa Minerva

fuſus, ingens, ut alii exponunt.

ῥιπτάσκω, idem quod ῥιπτάζω, præcipitem do, projicio.

ἀποπρόθι, nimiùm longè.

χρεώμενος, *per pleonaſmum* τοῦ ε pro χρώμενος.

καλαῦροψ, ἡ, pedum, a ῥέπω, vergeo.

ἡμιπέλεκκον, τὸ, ſecuricula, dimidiata ſecuris, à πέλεκυς, ὁ, ſecuris.

ἱστὸς, ὁ, malus.

μήρινθος, ὁ, funiculus.

ἀπειλέω, *hic*, voveo.

παρείθη, dimiſſus eſt, a παρίημι, cujus Præt. paſſ. παρεῖμαι, ex cujus tertia παρεῖται, Aor. α. παρείθην. uſitatius eſt παρέθη.

ἥμων, ὁ, jaculator, *verbale*, ἰὸς, jaculum, ab ἵημι mitto.

ἄν, pro ἀνέστη, ſurrexit.

CLAVIS

# CLAVIS HOMERICA

## in Ω Iliadis.

Δινεύω, *hic*, oberro, à δινέω.

ἀλύων, ſeſe affligtans; ab ἀλύω, errabundâ & incertâ mente afficior.

δησάσκετο, alligabat; *verbum poet.* à δέω, ligo.

ἑήνδανον, pro ἥνδανον, *Pleonaſ. Poet.* τοῦ ε. à ἁνδάνω.

ἔχον, *hic*, affecti erant.

μάχλος, impurus, laſcivus, μαχλοσύνη, laſcivia.

δηλήμων, ὁ, ἡ, noxius, à δηλέω, lædo.

ὀνίνημι, idem quod ὄνημι.

θήσατο μαζὸν, ſuxit mammam: θήσατο pro θηλάσατο. *per Sync.* à θηλάζω.

περὶ κῆρι, ex animo.

ἀντιάω, *hic*, interſum.

σκυδμαίνω, à σκύζω, idem, iraſcor.

ἁμαρτάνω, *hic*, prætermitto.

μολυβδαίνα, ἡ, pila, ſeu maſſa plumbea. μολιβδαίνα, idem; à μόλιβδος, plumbum.

βυσσὸν,

βυσσὸς, ὁ, *Ionicè* idem quod βυθὸς, profunditas; a βαίνω: ſed βύσσος, ἡ, byſſus.

προσπάπτω, pro προσάπτω, alligo, appendo, affigo: item, attribuo, defero, *ut hic*, a πρὸς & ἅπτω, necto.

τέο μέχρις, quouſque.

τῆδε, huc.

ἀλιτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, peccatrix, quidam exponunt inexorabilis: *Euſt.* qui ſponte ab officio aberrat. *Budæus*, qui ſciens prudenſque peccat.

ἔφυρον, rigabant: a φύρω, μελ. υρῶ. Æol. φύρσω, præt. υρκα, miſceo: item, inquino, rigo.

ἐντυπὰς, impreſſo corporis, veſtigio, obvolutim, τύπος, veſtigium, typus.

κατημήσατο, accumulabat, a καταμάω, ab ἀμάω, meto: item, colligo, accumulo: η pro α.

πείρινς gen. ινθος, accuſ. πείρινθα, *ut hic*, arcula: propriè crates ex viminibus. imponitur currui, & quæ vehuntur in ea ponuntur.

γλήνεα, τὰ, pretioſa ſpectaculo digna: a γλήνη, pupilla oculi.

κλέομαι, celebror.

προσφῦσα, *hic*, adhærens; a προσφυμι, quod a προσφύω.

ἄντιτος, pro ἀντίτιτος, viciſſim punitus, a τίω.

θυοσκόος, ὁ. Aruſpex: a κοέω, *Ionicè* pro νοέω.

ἐπίθημα, τὸ, operculum, ab ἐπιτίθημι.

φωριαμὸς. ὁ, arca: a φωράω, quæro.

ἁπλοῒς, ίδος, ἡ, veſtis ſimplex, cui opponitur διπλοῒς, ab ἁπλόος, ἁπλοῦς, ſimplex.

ἐξεσίη, legatio, ab ἵημι, mitto.

ὄνεσθε, pro ὄνεσθε, *Ionicè*, ab ὄνημαι pro ὄνομαι, fructum vel utilitatem capio.

πέρι: *hic*, ſummè.

περι-

κατηφόνες, infames, a κατηφέω, increpo, taxo, inceſſo: idem quod καθάπτομαι.

πανάποτμος, miſerrimus, a πᾶς, & ἄποτμος, miſer, ab α & πότμος.

χοροιτυπία, ἡ, chorea, a χοροιτύπος, qui in choro pulſat terram pedibus, vel ipſum locum ſaltationis, quod a χορὸς, ὁ, chorus, tripudium, vel locus choreis agitandis conſtitutus, & τύπτω.

πύξινος, ὁ, buxinus: a πύξος, ὁ, buxus.

οἴηξ, ὁ, gubernaculum, temo navis, *Ionicè* pro οἴαξ. οἴηκες hic dicuntur annuli per quos habenæ mulos regentes trajiciuntur.

πέζα, aliquando generaliter ſignificat extremitatem rei alicujus.

κρίκος, ὁ, annulus, pro κίρκος.

ἕστωρ, ὁ, paxillus: ab ἵστημι, ſtatuo.

ἀπήνη, currus, vehiculum mulare.

ἐντεσιεργὸς, ὁ, armorum opifex, ab ἔντεα, & ἔργον.

ἀκήρατος, *hic*, purus, incorruptus.

χέρνιβον, τὸ, peluis, a χεὶρ, & νίπτω, lavo.

μορφνὸς, niger: ab ὄρφνη, tenebræ: hoc nomine dicitur aquilæ ſpecies.

ὑπνάω, dormio, ſomnum capio, ὑπνώοντας, *Ionicè* pro ὑπνῶντας.

αἰσυμνήτης, rex, vel αἰσυμνητὴρ, ἢ ος, ὁ, habet varias expoſitiones, quidam enim dicunt ſignificare adoleſcẽtem valde robuſtum: ex α epitatico, & σύω, ruo, vel impetu feror: alii decentem, moderatum, derivantes ab αἶσα, officium. alii paſtorem, aut qui facile huc illuc movetur, ab αἴσσω, ruo: alii idem quod αἰσυμνητὴρ, certaminis præſes, quaſi τιμῶν τὰ αἶσα, vel ὁ τῶν αἰσίων μνήμην ποιούμενος. reges olim ita appellari ſunt. αἰσυμνήτης idem.

ὑπνυάτας,

ὑπηνήτης, ὁ, pubeſcens, ab ὑπήνη, barba, myſtax.

κνέφας, τὸ, *hic*, crepuſculum.

φραδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, conſultus, prudens, a φραδὴ, ῆς, prudentia, quod à φράζω.

ἀμβρότος, *hic*, ſolitarius, *propriè*, immortalis.

ἀνάρσιος, implacabilis hoſtis, cui cum altero non convenit; ab ἄρω, apto.

ἐΐσκω, adæquo.

πῆ, *hic*, quo?

πάλλομαι, *hic*, ſortiri.

κλῆρος ἔλαχον, ſors mihi contigit, fortè aſſequutus ſum.

μελεϊστὶ, membratim: à μέλος, τὸ, membrum.

προύθηκεν, pro προέθηκεν, propoſuit.

ἐερσήεις, ὁ, roſcidus, pro ἑρσήεις, *quod ab* ἐέρση, pro ἕρση, ros.

μιαρὸς, inquinatus, a μιαίνω, inquino.

μέμυκεν, à μύω, claudo, occludo, comprimo. Dicitur propriè de labris & ore; aliquando etiam de oculis, hic de vulneribus quorum labra non hiabant.

παρὲξ Ἀχιλῆα, Achille abſente, vel non ſciente.

ἄντην, coram.

σταυρὸς, ὁ, vallus, palus ligneus acutus & erectus.

ἐπιβλὴς, ὁ, obex; ab ἐπιβάλλω, adjicio.

διεῤῥήγνυσκεν, aperiebant, a ῥήγνυμι, frango.

αὖθι, pro αὐτόθι.

ποιπνύω, *hic*, miniſtro, à πνέω, ſpiro, quoniam qui properanter & anxiè opus faciunt πνευστιῶσι.

κύω, *hic*, oſculor.

πρῆξις, *hic*, utilitas, profectus, pro πρᾶξις, à πράσσω.

κλώθω, neo, deſtino; hinc clotho dicitur una parcarum: hinc ἐπεκλώσαντο, deſtinarunt.

πίθος, dolium, a πιεῖν.

ἐάων, bonorum, ab ἐΰς, bonus.

βού-

βουβρωσις, ἡ, magna fames, a βου, particula augente, a bovis magnitudine, & βρῶσις, cibus, ipſa comedendi actio : hoc autem a βρώσκω, item triſtitia.

παναώριος, ὁ καὶ ἡ, omnino intempeſtivus, *hic*, qui præcoci fato, & immatura morte periturus eſt, a πᾶς, & ἀώριος, idem quod ἄωρος, & ἄγωρος, qui non ſuo tempore fit, intempeſtivus, præcox, quod ab α, & ὥρα, hora.

κήδων, affligens, angens; a κῆδος, τὸ, mœror, triſtitia.

κεκάσθαι, decoratum eſſe, a κάζω, orno.

οὔ τι πρήξεις, nihil proficies.

ἀπονάομαι, *hic* fruor.

ἀνοχλίζω, reſero, ab ὀχλεύς, ὁ, vectis, ab ὀχλεύω, moveo.

ἐῤῥώσαντο, tripudiârunt, a ῥώομαι, inuſitat.

ἄργυφος, ὁ, ἡ, albus, ex albâ texturâ conſtans, ab ὑφάω, texo.

ὀνείατα, cibaria, *hic*, ſed in genere, commoda, ab ὄνειαρ, τὸ, ante.

τάρπησαν, Aor. β. paſſ. pro ἐτάρπησαν, oblectati ſunt, a τέρπω, *cujus aor*. 2. β. *act*. ἔταρπον.

λέγω, ad cubitum mitto.

χόρτος, ὁ, fœnum, cibus, ſeptum, *ut hic*.

δέμνιον, lectus, ſtratum.

ῥῆγος, τὸ, ſtragulum.

δάος, τὸ, lumen, ignis, lampas, a δαίω, uro.

ἐγκονέουσαι, feſtinantes, a κονέω, feſtino.

ἀνάβλησις, ἡ, dilatio, ab ἀναβάλλω.

ἀστυβοώτης, in urbe clamans, aut per urbem, *epith*. præconis.

ἀοιδή cantus, ab ἀείδω, cano : ἀοιδός, ὁ, cantor.

θρηνέω, lugeo, la[illegible] a θρῆνος, luctus.

ῥύεσθαι, ſerv[illegible] c[illegible]eor, idem quod ῥύειν.

ἄῤῥητος, inexplicabilis, inenarrabilis, ab α & ῥέω, dico.

ἀμιχθαλόεις, inacceſſus, (1) ἀπροσόρμιστος in θαλάσσῃ, ab ἅλς, ἡ, mare.

ῥυστάζω, traho, à ῥύω, traho.

νεόσφακτος, recenter interfectus, recens in genere; a σφάω, occido.

εἰκοστός, vigeſimus, ab εἴκοσι, ante.

ἀσύφηλος, hic, durus, ignominioſus.

παραιφάμενος, admonens, a παραί, pro παρά, & φάω, dico.

λάρναξ, arca, urna.

φαεσίμβροτος, ὁ, lucem hominibus afferens, à φῶς, ſeu φάω, luceo, & βροτὸς, mortalis.

καταστορέω, ſterno humi: *item*, obſirmo, *ut hic*.

AP-

# APPENDIX DE

## Dialectis collecta tum ex optimis *Grammaticis Græcis, tum ex diligenti obſervatione in legendis Græcis Poetis, Maxime Homero.*

Dialectus Attica ponit

| | | |
|---|---|---|
| α | pro | αι, ut κλάω pro κλαίω. |
| β | pro | γ, ut βλήχων pro γλήχων. |
| γ | pro | κ, ut γναφεὺς pro κναφεύς. |
| γ | pro | λ, ut μόγις pro μόλις. |
| ει | pro | η, ut βούλει pro βούλῃ. |
| η | pro | α, ut ἡμίσεα pro ἡμίσεια. |
| ῃ | pro | ει, ut ᾔδη pro εἴδεα. |
| ι | pro | ε in articulis & nominibus cum δὲ compoſitis, τοιοσδὶ pro τοιόσδε. |
| λ | pro | ν, ut λίτρον pro νίτρον. |
| ξ | pro | σ, ut ξυμφορὰ pro συμφορά. |
| ο | pro | ε, ut πέπομφα pro πέπεμφα. |
| ο | pro | ω, ut ἔρος pro ἔρως inter veteres Atticos. |
| ο | pro | οι, ut ποεῖν pro ποιεῖν. |
| ρ | pro | λ, ut κρίβανος pro κλίβανος. |
| ρ | pro | σ poſt aliud ρ, ut θαῤῥεῖν pro θαρσεῖν. |
| τ | pro | σ, ut τήμερον pro σήμερον. |
| ττ | pro | σσ, ut γλῶττα pro γλῶσσα. |
| ττ | pro | ζ, ut συρίττειν pro συρίζειν. |
| υ | pro | υι, ut μητρυά pro μητρυιά. |
| ω | pro | ο, ut δύω pro δύο. |
| ῳ | pro | οι, in genit. Dual. 2. contract. & 2. Indefinito Opt. 3. conjug. verborum in μι, ut πολέῳν, pro πολέοιν. διδῴην pro διδοίην. |

Gaudent Attici contractionibus, ut πατρῷος, pro πατρώϊος, conjungunt duas dictiones in unam, ut τοὔνομα pro τὸ ὄνομα, quod fit præcipuè cum τὸ, τὰ, καὶ, περὶ præcedunt, extrudunt breves vocales, ut λῦτο pro ἐλύετο, ſæpè tollunt iota poſt α, ε, ο, υ, ut κλάω, κρέσσων, πόημα, μηδυιά, pro κλαίω, κρείσσων, ποίημα, μηδυιά, præponunt α, ut ἄσταχυς, pro στάχυς, ſubſcribunt ι, ut κἀγὼ, pro καὶ ἐγὼ: omittunt β in medio, ut βόλιτον pro βόλβιτον, annectunt ι ad finem, ut αἰ pro ἐν, μάκαισι pro μάκαις; annectunt ν vocibus in ε vel ι deſinentibus, ut item Poetæ. extrudunt σ, ut ἐυκλίμενος pro ἐυκεκλισμένος: inſerunt τ, poſt π, in initio, ut πτόλις, pro πόλις: abjiciunt υ, ut λεὼς pro λαὸς: inſerunt ω, ut ἀφέωνται pro ἀφεῖνται.

ica ponit

α pro
- αι, ut κάω pro καίω.
- ε, ut κέαται pro κεῖνται.

ε pro
- α, ut τέσσερες pro τέσσαρες.
- η, ut νέας pro νῆας.
- ει, ut κρέσσων pro κρείσσων.
- ι, ut ὄφεος, pro ὄφιος.

ζ pro γ, ut φύζη pro φυγή.

η pro
- α, ut κέρη pro κέρα: quod fit apud veteres Iones, ubi α eſt longum, apud recentiores, ubi etiam breve, ut ἀληθείη pro ἀλήθεια.
- ε, ut βασιλῆι pro βασιλεῖ.
- ο, ut ἐλαφηβόλος pro ἐλαφοβόλος.
- ει, ut κῆρες, pro κεῖρες.

ι
ι
κ pro
ξ
ω
- αι, ut μέσσαις pro μέσαις.
- γ, ut ἐνεῖκαι pro ἐνέγκαι.
- π, ut κοῖον pro ποῖον.
- ας, ut τεῖχος pro τείχεος.
- ο, ut μῶνος pro μόνος.

ω pro { αυ, ut θῶμα pro θαῦμα.
ευ, ut ἐκπλώσεις pro ἐκπλεύσεις.

ωῦ pro αυ, ut ὠυτὸς pro αὐτός.

*Tenues* pro Aſpiratis in Apoſtropho vel compoſitione, ut κατ' ὃ pro καθ' ὃ, ἀπαιρέομαι pro ἀφαιρέομαι.

*Aſpiratas* pro Tenuibus, ut κιθὼν, pro χιτών.

Iones hic Attic[is] ſunt contrarii, quod illi nihil contrahunt: non enim dicunt ποιῶ, ſed ποιέω, etiam vocales circumflexas, & diphthongos reſolvunt, ut τυπέω pro τυπῶ, τύπτεο pro τύπτου, frequenter adſciſcunt ε, ut ἑὼν pro ὢν; & in medio, ut κενεὸς pro κενὸς, ὀρέω pro ὁράω: auferunt literas initiales, ut αἶα pro γαῖα, εἴβειν pro λείβειν, præſertim augmentum, ut τύπτε pro ἔτυπτε, ad ε aſſumunt ι, ut τελείω pro τελέω: inſerunt γ ante κ, ut ἔκλαγγα pro ἔκλαγα: ε poſt ι extrudunt, ut ἴρηξ pro ἱέραξ: annectunt ι Dativis pluralibus, λόγοισι pro λόγοις, adſcribunt ι ſubſcribendũ, ut χρηΐζειν pro χρῄζειν, inſerunt ι in medio, ut ὁμοῖιος, pro ὅμοιος, inſerunt σ in medio, ut θεόσδοτος pro θεόδοτος.

Dorica.

α pro
- αι, ut ὄπαρος pro ὄπωρος.
- η, ut ἁμέρα pro ἡμέρα. μάτης pro μήτης.
- ε, ut αἶκα pro αἴκε, αἶδα pro εἶδα.
- ο, ut εἴκατι pro εἴκοσι.
- ω, ut αἰνεία pro αἰνείω.
- ει, ut κλάσω pro κλείσω.
- ω, ut μωσᾶν pro μωσῶν, quod fit in genit. Plu. primæ Declin.

δ pro γ, ut δνόφος, pro γνόφος, δημάτης pro γημάτης.

δδ pro ζ, ut θεράδδειν pro θερίζειν.

ε pro
- η, ut ἄρες pro ἄρης.
- ει, ut τύπτες, τύπτε, pro τύπτει.
- ο, ut ἔδοντας pro ὀδόντας.

ευ, pro εο, vel ου, Δημοσθένευς pro Δημοσθένεος, vel Δημοσθένους.

η, pro
- α, ut ἐβόη, pro ἐβόα, ζῆν pro ζᾶν, quod fit in contractionibus quæ communiter ex αε, & αη, in α fiunt.
- ει, ut ἐφίλη pro ἐφίλει.

ῡ pro ᾱ, ut βοῦ pro βοᾶ.

ι pro ε, ut σιὸς pro θεός.

κ pro
- τ, ut τόκα pro τότε.
- ϱ, ut μίκκον pro μικρὸν.

μ pro ι, ut ἐμμὶ pro εἰμὶ.

ν pro
- λ, ut ἦνθον pro ἦλθον.
- σ, ut ἐν ἀγορὰν pro ἐς ἀγορὰν.
- τ, πενετέρες pro πεντετῆς.

ξ pro σ, ut λυγίξω pro λυγίσω. quod fit in quibusdam futuris.

ο pro ν,

Dorici.

ο pro ου, ut τὸς θεὸς, pro τοὺς θεοὺς.
οι — ο, ut ποιεῖν pro ποιεῖν.
ῦ — αυ, ut τοῦ ταυ pro ταύτας.
σ { θ, ut σιὸς ante. / ν, ut τύπτομες pro τύπτομεν.
σδ pro ζ, ut συείσδω pro συείζω.
τ pro σ, ut τυ pro συ.
ττ pro τ ſimplici, ut ὅττι pro ὅτι, quod & Æolicum & Poeticum eſt.
φ pro π, ut κάφα pro χᾶπα.
χ pro θ, ut ὄρνιχες pro ὄρνιθες.
ω pro { αυ, ut βῶξ pro βύαξ. / υ, ut αἰδῶς pro αἰδοῦς, quod eſt & Æolicum.
ω pro οι, ut πωμενικός pro ποιμενικός.

Dorici detrahunt ι, ex dipth. ut λάβειν pro λαβεῖν, in diphthongis impropriis ᾳ ῃ ῳ, ι ſubſcript. negligunt, ut τῶ αἰνεία, pro τῷ αἰνείᾳ: utuntur interdum caſibus pluralibus pro ſingularibus fœminin. ut καλαὶ pro καλή: utuntur geminatis σσ, ττ, ππ, pro ſimplicibus, ut ὅσσον, ὅττι, ὅππη, pro ὅσον, ὅτι, ὅπη: extrudunt ρ, ut σκῆπτον, pro σκῆπτρον; annectunt σ, ut οἴκαδις pro οἴκαδε, & inſerunt, ut τυπτόμενθα pro τυπτόμεθα, & extrudunt, ut ἱμάσθην pro ἱμάσθην.

Æolica

α pro
- αι, ut ἄρχαος pro ἀρχαῖος.
- ε, ut ὄπιδαν pro ὄπιθεν.
- η, ut μαχανὰ pro μηχανὴ, & hoc fit Dorum more.
- ο, ut ἄσαι pro ὄσαι.

αι pro
- α, ut τύψαις pro τύψας.
- ο, ut ὕσται pro ὕστο.

αυ pro α, ut ναυὸς, pro ναὸς.

β pro π, ut βικρὸν pro πικρὸν.

δ pro σ, ut ὀδμὴ pro ὀσμὴ, ἴδμεν pro ἴσμεν.

δσ pro ζ, ut δσεὺς pro ζεὺς.

ε pro
- α, ut γελήνη pro γαλήνη.
- ο, ut ἐδύνη pro ὀδύνη.

ζ pro
- δ, ut ζιαβάλλειν pro διαβάλλειν.
- σ, ut ὀρύζω pro ὀρύσσω.

η pro
- ε, ut τύπτης pro τύπτες, Doricè ex τύπτεις.
- ει, ut ἐρόη pro ἐνόει.

ῃ pro ει, ut κάλην pro καλεῖν.

θ pro
- δ, ut ὕθειν, pro ὕδειν.
- σ, ut μηνιθμὸς pro μηνισμὸς.

ι pro υ, ut τοῖς ἀνθρώποις pro τοὺς ἀνθρώπους.

κ pro π, ut ὄκως pro ὅπως.

κσ pro ξ, ut κσένος pro ξένος.

μ pro
- π, ut μαθοῦσαι pro παθοῦσαι.
- ν, ut πέμπε pro πέντε.

ν pro σ, ut τετύφαν pro τετυφώς.

ο pro
- α, ut σολεὶς pro σαλεὶς.
- ω, ut τύπτομεν pro τύπτωμεν.
- οι, ut πόημα pro ποίημα.

οι pro ει, ut ὄνοιρον pro ὄνειρον.

π pro

π pro { φ, ut ἄμπι pro ἀμφὶ.
τ, ut σπολὴ pro στολή.
μ, ut πετ' ἐμῶ pro μετ'.

πς pro ψ, ut πέλοπς, pro πέλοψ.

σσ pro { σ simplici, ὅσσον pro ὅσον, quod & Dores & Poetæ.
πλ, ut ἐμπίσσειν pro ἐμπίπλειν.

υ pro ο, ut ὄνυμα pro ὄνομα.

φ pro { θ, ut φλᾶται pro θλᾶται.
χ, ut αὐφένα pro αὐχένα.

ω pro ο, ut ὤσσε pro ὄσσε.

Æoles β ante ρ ponunt, ut βρόδον pro ῥόδον, utuntur κατὰ pro μετὰ, tenui pro aſpero, ut ἧλιος pro ἥλιος, inſerunt γ ante ξ, vel χ, ut πλάγξω pro πλάξω, adſcribunt ι ſubſcribendum in ſecundis, & tertiis perſonis, verborum ſecundæ contractorum, ut γελᾶις pro γελᾷς, & omittunt, ut λόγω pro λόγῳ, ſumunt duplex ππ, pro μμ, ὄππατα pro ὄμματα, & pro ſimplic. π, ut ὄππη pro ὅπη, inſerunt σ, ut ὄρσω pro ὀρῶ, abjiciunt σ in fine, ut πολλάκι pro πολλάκις.

Bœotica { ει pro η, ut εἵρωες pro ἥρωες.
ι pro ε, ut βασιλῖος pro βασιλέος.

Poetæ { ε pro ει, ut χερὶ pro χειρί.
ει pro ε, ut εἴπω pro ἔπω.
η pro ε, ut τεθῆναι pro τεθέναι.
ο pro ω, ut πίπτομεν pro πίπτωμεν.
οι pro ο, ut ἀλοιάω pro ἀλοάω.

Poetæ extrudunt α, ut ψεδνὸς pro ψεδανὸς, inſerunt γ aut δ, ut ἐγδούπησα pro ἐδούπησα, adſciſcunt ε ad finem,

finem, ut ηὲ, pro ῆ, θ inſerunt, ut τειχόθι pro τεῖχα, abjiciunt λ, ut αἰιψηρὸς pro λαιψηρὸς. ρ inſerunt ut ἀναῤῥοιβδεῖ pro ἀναροιβδεῖ, extrudunt σ, ut κλείω pro κλείσω, υ inſerunt, ut δεύεται pro δεῖ, & de omnibus prioribus dialectis participant.

## De Dialectis Declinationum.

Attice vocativus ſemper eſt ſimilis Nominativo.

### De prima Declinatione.

Iones ſæpe pro ας, dicunt ης, ut αἰνείης, Dores vero ας pro ης, ut χρύσας, quæ vocales ſunt etiam in cæteris caſibus.

Pro Αἰνείου {
Doricè α.
Æolicè & Bœoticè αο.
Ionicè εω, & Poet. ω.
contractum ex Ion. εω.
ſic in plurali, & hoc εω habet accentum in
}

antepenultima, ſi nominat. ſit paroxytonus, ſed hoc in ſcanſione ſæpe diſſimulatur, ut in primo carmine α Iliad.

Iones habent in Accuſ. εα pro ην, ab ης, ut χρύσεα.

Attici & Poet. uſurpant vocativos in α pro nominativis in ης, ut θύεστα pro θυέστης.

Iones αις vertunt in ης, ut etiam in ſecunda declinatione, ut αἰνείης pro αις, Æolicè & Poeticè abjicitur ι, ut τιμὰς pro τιμαῖς.

Iones faciunt Accuſ. Plur. in εας, ultima brevi, ut αἰνείεας.

Dativis pluralibus cujuſcunque declinationis in σ deſinentibus additur ι, Atticè, Ionice, & Æolicè, & etiam ν ſi ſequens dictio à vocali incipit.

### De ſecunda declinatione.

Ionicè, α in nominativ. mutatur in η, ut μύση, Doricè

Doricè η in α, ut τιμὰ, & ſic in reliquis caſibus.

In Gen. & Dat. pluralibus eædem ſunt dialecti quæ in genitivo & Dativ. pluralibus primæ declinationis.

Æolicè pro ας in Accuſat. dicunt αις, ut μουσαὶς.

Nominibus ſecundæ declinationis additur Poeticè φι & φιν; ſed ſic α aliquando vertitur in η, Ion. βία, βίηφι: aliquando in ο, ut ἐσχαρόφι pro ἐσχάρα, & etiam η, ut αὐτόφι pro αὐτῇ ipſa: alias deſinentia in η, nihil mutant, ut εὐνῆφι pro εὐνῇ, & hæc ita aucta, ſunt cujuſlibet numeri & caſus. Idem accidit quibuſdam nominibus tertiæ declinationis, ſed ex ος, & ον, σ deperditur, & ν; & ita ſunt paroxyt. στρατὸς, στρατόφι, exercitus, ὀστέον, ὀστεόφι, os, oſſis, contingit hoc & neutris quibuſdam quintæ declinationis, ſed ος vertitur in εσ, ut στῆθος, στήθεσφι, pectus, & in fœmininis ejuſdem in ων, fit prius genitivus in όνος, ac deinde migrante σ in φι, fit nomen poeticum, ut ἡ κοτυληδὼν, gen. τῆς κοτυληδόνος, unde κοτυληδόνοφι, acetabulum.

Patiuntur prima, ſecunda, & tertia, Apocopen, ut γλῆν, γλάφυ, pro γλήνη, γλάφυρον: ſic in quinta, ut δῶ pro δῶμα, domus: ex κάρηνον verò Atticè fit κάρα, & Ionicè κάρη, caput, quæ omnia ſunt indeclinabilia. αἶαν vero & θοάν, ſunt pro αἶαντος & θόαντος ἱδρῶ pro ἱδρῶτι, Ποσειδῶ pro Ποσειδῶνα. &c.

Patiuntur & metaplaſmum prima, ſecunda & tertia, ut ἀλκὴ Dat. ἀλκῇ, Poet. ἀλκί. ἰκτῖνος, Accuſ. ἰκτῖνον, Poet. ἰκτῖνα. δένδρον, Dat. plur. δένδροις, Poet. δένδρεσι. λιτὸν, Nom. plu. λιτὰ, Poet. λῖτα, &c.

De

### De tertia.

| | |
|---|---|
| Pro ου in gen. | Atticè, Ion. & Theſ. οιο. |
| | Dor. ω. |
| | ſic pro λόγοιν, Ion. λόγοιιν, & pro λόγους. |
| | Dor. λόγως. |

Atticè additur ν, neutris communiter abjicientibus, ut ἄλλον pro ἄλλο.

### De quarta.

Pro ω in genitivo fit Poeticè ωο, & Doricè iota ſubſcribitur, ab Ionico οιο.

Attici in hac declinatione, Accuſ. abſque ν proferunt.

Dores ι ſubſcriptum ubique negligunt.

### De quinta.

Iones inflectunt nomina deſinentia in ὰν, ᾶνος, per ῆν, ῆνος, Æoles in ας, maſc. per αις.

Adjectiva in οεις contrahuntur in ους, πλακόεις, πλακοῦς; ſic ήεις, in ῆς, & cæteros caſus formant, ut nomina in ους & ης deſinentia.

Iones Æoles & Dores auferunt δ ex obliquis in ις, ιδος, υς, υδος, & hi caſus aliquando contrahuntur, ut ἔριδας, ἔριας contract. ἔρεις.

ις & υς purum, faciunt accuſativum in ν: non purum, in ν vel α, ſed Ionicè in ν tantum.

αυς, accuſat. in αυν, ſed Poeticè & Ionicè in α, ut νῆα; ſed ους Doricè ως, in ουν, Dor. in ων, & plur. ους, Doricè ως.

Comparativi in ων in Accuſat. ſingulari & Nom. Accuſ. & vocat. plu. amittunt ν Ionicè, ut μείζονα, Ionicè μείζοα, & contrahunt οα in ω Atticè, ut μείζω.

In nominibus in ας, vel ους, facientibus genit. per ντος, quæ communiter formant vocat. per αν vel ουν, Poetæ auferunt ν, & tum fit vocativus, ut Θόα pro Θόαν, πλακοῦ pro πλακοῦν, quibus additur ἄνα pro ἄναξ.

οιν in duali Ionicè vertitur in οιϊν, ut ποδοῖϊν pro ποδοῖν.

Pro αἴασι, fit Poeticè αἰάντεσσι, à genit. ſing. mutando ος in εσ, & addendo σι, quod & in quamplurimis aliis obſervatur, ut πραγμάτεσσι, & in contractis declinationibus, ut βασιλέεσσι, ſed ſæpe metri cauſa, alterum σ in talibus deperditur.

Æoles faciunt dativos plur. quintæ deſinere in οις, ut ποιημάτοις pro ποιήμασι.

Poetæ pro πᾶσι dicunt πάσσι geminando alterum σ.

Æoles inflectunt quædam nomina quintæ ſecundum tertiam flexionem, ut ἔρως ἔρου pro ἔρωτος, Attici ſecundum quartam, ut ἔρως ἔρω.

πολὺς, Poeticè πολλὸς, & in Accuſ. πολλὸν. in genit. πολέος, Dat. πολέϊ. Nom. plu. πολέες, &c.

Poetæ ε & ο breves tripliciter producunt, primò vel mutando illas in proprias longas, ε in η, & ο in ω, ſecundò, vel addendo ſubjunctivum, ι, & υ, tertio, vel geminando conſonam ſequentem, fit αἴασσι pro αἴασι.

υἱὸς, g. υἱέος, & ſyncop. υἷος, & ſic in aliis caſibus, dat. plural. υἱάσι, non υἱσι, quia υι non ſcribitur ante conſonantem.

Contractio aliquando fit in longâ vocali ſequente ι, quod ſubſcribitur in contractione, ut νηρῇδες, pro νηρηΐδες.

## *De primâ Declinatione contractorum.*

Attici formant Nom. Accuſ. & Vocat. Propriorum hujus declinationis paraſyllabos, ut Σωκράτης Σωκράτην Σωκράτης, & ſic in plurali.

Pro ει, *Dor. & Æol.* ευ; pro ῆ ex duplici εε in duali fit Poeticè ει, in quibuſdam neutris, ut σκέλει pro σκέλη, & nonnunquam ε, ut ὄσσε pro ὄσσεε.

Æoles

Æoles formant aliquando genit. per ν, vocat. per ε, σ abjecto, ut gen. σωκρἁτυ, voc. σώκρατε.

Εα Accuſ. ſing. ab ης purum, contrahitur Atticè in ᾶ, ut ἐνδεὴς, ἐνδεέα. Attic. ἐνδεᾶ.

## De ſecunda.

πόλις in genitivo.
- communiter πόλιος.
- Atticè, εως.
- Ionicè, ιος, & contractè Att. in εος.
- Poeticè, ηος, hinc Accuſ. ηα non ιν
- Doricè πόλευς a πόλεος Ionico.

## De tertia.

βασιλεὺς
- communiter έος.
- Atticè εως.
- Ionicè recenter, ῆος, ſed antiquè ειος.
- Bœoticè ῖος. Dor. εὺς, facta crasi ex εος, in ῦς, deinde verſo ε in ευ.

Poetæ aliquando contrahunt Accuſativum, ut βασιλῆ Poeticè pro βασιλέα.

Attici in Nom. Plur. contrahunt έες in ῆς, & communis contractio εις fit Atticè ῆς.

Dativus Pluralis communiter εῦσι, Ionicè ῆσι, Poet. έσι, έεσσι, & έεσι. & ήεσι.

## De quarta.

ός, communiter in ῦς, ſed Æol. in ῶς, ſic Accuſ. οα, communiter in ω, Ionicè ῦν, & Æolicè ῶν.

## De quinta.

Iones ponunt ε pro α, ut γέρεος pro γέραος, à γέρας, Poetæ dicunt γεράεσσι, & γεράεσι in dativo plur.

## De Pronominibus.

Pronominibus demonſtrativis Attici addunt ι, ut

αὐτοσὶ

ὡτοσί, in omni caſu, ſed in plurali pro ταῦτα dicunt ταυτί.

Addunt etiam Attici ί infinitis & relativis, ut πηλίκοσι.

Genitivo primitivi ſæpè utuntur Attici pro poſſeſſivo.

τοῖ@, πηλίκ@, τόσ@, habent ſæpe ſyllabam δε adjectam, ut τοσόσδε, in omni caſu, & omni numero.

Attici nominativo & dativo primæ perſonæ addunt ſyllabam γε.

Iones hic ſemper ſyllabas circumflexas dividunt,ut ἐμέο, pro ἐμοῦ,quibus Poetæ addunt ι, hinc ἐμεῖο.

Ionicis genit. additur θεν, ἐμέθεν.

Ionici pro ὑμεῖς, ἡμεῖς, σφεῖς, dicunt ὑμέες, ἡμέες, σφέες; in accuſ. vero ὑμᾶς, ἡμέας, in genit. ἡμέων, quibus Poetæ ſemper addunt ι.

Iones pro οἱ & ἑ,dicunt ἑοῖ & ἓε,Poet. ἓθεν. Dores in primâ perſonâ pluralis numeri pro η ſumunt α,& Æol.& Poet geminant μ, rejecto ι, hinc ἄμμες,pro ἡμεῖς, & aliis duobus pro ει ſumunt ε tantum, ſed ubique in illis geminato μ Æolicè; hinc ὔμμες, σφες,ubi etiam obſerva ſpiritum aſperum Æolicè mutari in lenem.

Doricè & Æolicè nominat. & accuſativus dualis numeri idem ſunt cum nominat. Æol. plurali, abjecto ς in omnibus tribus primitivis,ut ἄμμε, ὔμμε, σφὲ à nom. Æol. ἄμμες,&c.

Dores in ſecundâ perſonâ ſumunt τ pro σ, ſic dicunt σεῦ, ſive τεῦ, pro σοῦ, & τε@ pro σοῖς, σ in τ, & inſerto ε.

Dores dicunt ἐγώνη, τύνη, ſed Æol. ἐγῶν, addunt etiam γα,ut ἐγώνγα, τύγα.

In ἕς, οὐ, οἱ, formant Accuſativum, ab inuſitato ἵς, pro

pro ὅς; hinc Accuſ. ἵν, & præpoſito μ vel ν, fit μὶν, & νὶν, & hoc eſt in maximo uſu apud Homerum, & alios, & eſt omnis numeri & generis.

Poetæ in duali in omnibus tribus utuntur caſibus incontractis; hinc νῶϊ & σφῶϊ, pro νῶ & σφῶ; hinc σφωὲ pro σφὲ, & σφωῖν pro σφῶν.

ὅς, οὗ, οἷ, uſurpatur aliquando pro αὐτὸς, & σφέτερος, pro ἡμέτερος, ὑμέτερος &c. cum verbis primæ & ſecundæ perſonæ.

Dores dicunt ἁμὸς, ὑμὸς, & σφὸς, pro ἡμέτερος, ὑμέτερος, & σφέτερος.

Pro ἐκεῖνος poetæ & Iones dicunt κεῖνος, Dores autem τῆνος, per η diphthong. impropriam.

In αὐτὸς, in compoſitis ejus Iones vertunt αυ in ωυ, hinc ωὐτὸς, pro αὐτὸς, & pro τοῦ αὐτοῦ, fit contractè ταυτοῦ, & Ionicè τωὐτοῦ. & ἑωυτοῦ, ſuiipſius pro ἑαυτοῦ, quod fit in genitivo, dativo, & accuſativo ſingulari tantum.

## *De Articulis.*

Articulus præpoſitivus ſumitur pro interrogativo, τίς, vel indefinito τὶς, ut τοῦ Ionicè & Poeticè τεῦ Æolicè τεῦ pro τίνος, cujus, vel τινὸς alicujus, τῷ, Ionicè τέῳ, cui, alicui, & pro demonſtrativis, adjecta ſyllabâ δε & γε: hinc ὅδε, pro οὗτος, pro quo Attici dicunt ὁδί.

Pro οἱ, αἱ, in plurali ſumunt Dores, τοὶ, ταὶ, articulus præpoſitivus & ſubjunctivus ſuſcipiunt eaſdem Dialectos ubique quas ſecunda & prima declinatio ſimplicium ſuſcipiunt.

τῷ & ᾗ, adverbia ſunt, dat. præpoſ. & ſubjunct. ponitur præpoſit. Poet. pro ſubjunctivo, ut ὁ, pro ὅς, οὗ pro οὗ, ὅισι pro οἷς.

τοῖσδεσι vel τοῖσδεσσι, Poetæ dicunt pro τοῖσδε per Paragogen.

ν ὁ μὲν, ad propinquius, ὁ δὲ, ad remotius, ſed non ſemper.

### De Adverbiis.

Adverbia qualitatis ſæpè ex genitivo plurali fiunt, ſumendo σ pro ν, τῶν σοφῶν, σοφῶς.

Finita in σι, θι, χοῦ, & χῆ, ſignificant in loco: hinc οὐρανόθι, in cælo.

In θεν & θε. & pauca in δεν & δε, ſignificant de loco, οὐρανόθεν, οὐρανόθε, è cælo, ſed in δε, ζε, & σε, ad locum.

Nonnulla qualitatis adverbia habent formam dativi ſingularis ſecundæ declinationis: hinc ἰδίᾳ privatim.

Adjectiva neutra tam ſingularia quàm pluralia pro adverbiis ponuntur, & ſæpe cum articulo: hinc πολὺ, multum, adverbium, & τὰ πολλὰ, idem.

Quæ in άκις exeunt, numeri ſunt, ut πολλάκις, à quibus Poetæ ſæpe trahunt σ.

Adverbia qualitatis exeunt ſæpe in δον, δην, ιν, ι, & ει.

Nonnulla poeticè exeunt in δὶς, hinc ἀμοιβαδὶς, viciſſim.

Attici addunt ι quibuſdam Adverbiis temporis, ut νυνὶ pro νῦν.

Dores tollunt σ ex Adverbiis in θεν, ut ἔμπροθεν pro ἔμπροσθεν.

Æoles efferunt Adverbia in θε vel θεν per θα, ut ἄτερθα pro ἄτερθεν.

Iones reſolvunt ῶς ab Adjectivis in ης & ες, in έως, ut ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς.

### De Præpoſitione.

ξὺν, in compoſitione Attici utuntur pro σὺν.

Conſonantem præcedit ἐκ, vocalem ἐξ.

ἐς Poet. pro εἰς.

ἐνὶ pro ἐν, poeticè; & ἄνι, πάρα, μέτα, ἔπι, πάρα,

 ἄπο,

ἄπο, & ὕπο, apud Poetas, pro ἔνεισι, πάρεισι, μέτεισι, ἔπεισι, πρόσεισι, ἄπεισι, ὕπεισι.

Doricè ποτὶ, pro πρὸς, & in appoſitione & compoſitione, ſic ἀμπὶ, Æol. pro ἀμφὶ in compoſitione. Pro μετὰ πεδὰ, pro ὑπὲρ ὑπείρ, & ſic in compoſitione.

Dores abjiciunt α, ut πὰρ ζῶνι.

Æoles & Poetæ habent καταὶ, παραὶ, ἀπαὶ, ὑπαὶ, pro κατὰ, παρὰ, ἀπὸ, ὑπό.

## *De Conjunctione.*

Dores habent αἰ pro εἰ, ſi, αἴκα, & αἴκεν, & αἴκα, pro εἴκε & εἴκεν, μὰς pro μὲν, πῶς pro ὡς, ſic ὃ pro ὅτι.

Iones, ἔμπης pro ἔμπας.

Poetæ pro ὅτι ὅττι, pro ἢ, ἠὲ aut.

## *De Nominibus Adjectivis.*

Finita in ος purum & ρος, faciunt α in fœminino: non purum, η: ſed Iones ubique η, & Dores, α.

ος in compoſitis & multis derivatis puris, & in ιμος Atticè communis generis eſt: multa ſimplicia & primitiva in ος Poeticè ſunt communis generis: ſic participia tertiæ & quintæ declinationis, & adjectiva quintæ declinationis, quæ communiter ſunt maſculina tantum.

ως, quartæ declinationis commune, neutrum ων, commune ων, neutrum ον, ας, αινα, αν, εις, εσσα, εν, commune ις, neutrum, ι, υς, εια, ύ, υς, commune, τὸ υν.

ην, communis generis, habet Poeticè εινα Ionicè εἴνηαρ, omnis generis αιρα.

χερνίπτομαι 96
χερὸς 55
χέῤῥος, χέρσος 169
χεῦμα 354
χεύσωσιν 213
χηλὸς 316
χὴν 130
χηραμὸς 343
χῆρος 122
χηρωσταὶ χῆρος, χηρέω 178
χηπίζω 343
χῆτος 209
χθαμαλὸς, χαμαλὸς 302
χθιζὰ 122
χθὼν, χθίζος, χθὲς 69. 95
χίλιον 195
χίμαιρα 203
χιτὼν 110
χιὼν 255
χλαῖνα 118
χλαμὺς 111
χλιαρὸς, χλιαίνω 277
χλιδνῆς 250
χλούνης 250
χλωρὸς, χλοερὸς, χλοηεὺς, χλοα & η 222
χόανος 328
χολὰς 172
χολὴ, χολόομαι, χολοῦμαι 54
χοροιτυπίη, χοροιτύπος 359
χορὸς 132. 158
χόρτος 281. 361
χραίσμη, χραισμέω 58
χραύω 178
χράω 289. 343
χρεῖος 187
χρείω, χρεία 80
χρεμετίζω, χρεμίζω, χρεμετάω, χρεμέθω 284
χρέω, χρεία, χρηίζω 282
χρεώμενος 356
χρησμέω, χρῆσμος 215
χρὴ 90
χρίμπτω 100
χρίω 319
χρόμαδος 315
χροιὰ 306
χροὺς, χρὼς 163
χρυσάορος, χρυσάωρ 187
χρυσάμπυξ 183
χρύσος 55
χρυσηλάκατος 316
χρυσώνιος, 204
χρυσηὶς 70
χυτὸς 210
χωλδίω 327
χωλὸς 119
χωρέω 146
χωεὶς 221
χῶρος 132
χώω 61

ψαμ-

Ψ

Ψάμμαθος, ψάμμος, ψάω 99
ψὰρ, ψάρος, ψαίρω 319
ψαύω, ψάω 284
ψεδνὸς 119
ψεῦδος, ψευδῆς 239
ψεύδομαι 112.202
ψευστέω 332
ψὴρ 319
ψηφὶς 341
ψιὰς 318
ψιλὰς 251
ψυχὴ, ψύχω 52
ψυχρὸς 176

Ω

ὦ, ὢ, ὧ 64
ὠγνύμιν 141
ὠδὶν 77.80
ᾠδὴ 16
ὠδίνω, ὠδὶν, ὠδὶς 273
ὠθέω 80.190
ὦκα 93
ὠκέα 149
ᾤκηθεν, ᾠκήθησαν 137
ὠκύαλος 314
ὠκυπέτης 224
ὠκύπορος 293
ὠκύμορος 94
ὠκύῤῥοος 189
ὠκὺς, ὠκεανὸς 63
ὤλεκα 115
ὦλξ 382
ὠμὰ διασπᾶσθαι 350
ὠμηστὴς 277
ὠμογέρων 355
ὠμοθετέω 97
ὦμος 74
ᾤμωξα 266
ὠμὸς, ὦμος 61
ὠμοφάγος 193
ὠνάμην 321
ὠνέω 92
ὦνος 339
ὦρα 131
ὦρες 186
ὦρμην, ὦρσε, ὦρτο 106
ὤρορα 116
ὦρσε 54
ὡς 70.78.195.308
ὥς κεν 205
ὡς εὖ 177
ὡσεὶ 140
ὠτειλὴ 163
ὠτὸς, ὦτα 271
ὠτώεις 352
ὤφελε 94
ᾠχόμεθα 92
ᾤχηκα, ᾤχωκα 58
ᾠχόμην 112
ὦχρος 146
ὦψ 69

27 DE 64

FINIS.

5
2
0
77
55
97
74
56
51
93
21
92
39
31
86
06
16
54
308
05
177
140
163
271
352
94
92
58
112
146
69

# CLAVIS HOMERICA

Reſerans Significationes, Etymologias, Derivationes, Compoſitiones, & Dialectos omnium ferè vocabulorum, quæ in viginti quatuor libris *Iliadis Homeri* continentur, eodem ordine, quo in ipſis libris leguntur.

*In gratiam ſtudioſæ Iuventutis.*

Huic adjicitur brevis Appendix de *Dialectis.*

Authore R. P. N. N. Anglo, Oxonienſi, S. I.

Editio Secunda, priori correctior, & quàm plurimis vocabulis, item & indice locupletior.

opera *G. P.*

Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής.

*Iſocrat. In Orat. ad Demon.*

LONDINI,

Typis *E. G.* ſumptibus *Godefridi Emerſoni*, in parva Bretagniâ. 1638.

564

vel fiat ὄσσε, pro ὄσσω, *tertiæ declinat. ſimplicium per Metaplaſmum*, ab ὄσσομαι, video, quod eſt pro ὄπτομαι per Æolicam mutationem, illi enim quædam in πτω ſcribunt per σσω.

λαμπετάω, luceo, a λαμπὰς, άδ☉, lampas, λαμπετόωντι pleonaſ. pro λαμπετῶντι.

εἴκω, aſſimulor, cedo, obedio, *imperſ.* εἶκον, *tertiæ dual.* εἰκέτην, *ſyncope* εἴκτην, & *ſoluto diphthongo.* ἐΐκτην. hinc εἰκὼν, ἡ, imago.

πρώτιστ☉, ὁ, ſuperlat. a πρῶτ☉, *nam græci aliquando derivant ſuperlativa à ſuperlativis*; πρῶτ☉ fit a προώτατ☉, *eliſo* τ. *factaque craſi.*

ὅκκε, Atticè pro εἴ κε, ut ἐόργαεα pro ὤργαα.

πώποτε, pro πότε, quum, unquam, *multæ particulæ ad* πότε *adjiciuntur, quæ non mutant ſignificationem.*

τὸ κρήγυον, placitum, bonum, jucundum, *in neutro genere tantum pro ſubſtantivo*, quaſi κῆρι ἡδὺ, *cordi jucundum* & gratum.

ἐσθλὸς, ὁ, bonus.

τέλεσσε, *geminatur* σ *poeticè*, quia in *futuro eſt*, ὁ ἤσω, & ἔσω.

ἀγορεύω, idem quod ἀγοράομαι.

ὡς, ut, ſicut, ſic, *quod regit infinit. jungitur ſæpe gradibus ſuperlativis.*

οἴκοι, domi, ab οἶκ☉, domus.

Χρυσηΐς, *patronymicum*, a Χρύσης.

οὐ *ante conſonantem*; οὐκ *ante lenem vocalem*, οὐχ, *ante aſperam.*

ἐπεὶ, cum, quoniam, poſtquam; idem, ἐπειδὴ, & ἐπειδάν.

προβέβουλα prætuli: eſt perf. med. προβούλομαι præfero.

κουρίδι☉, ὁ, juvenilis, a κοῦρ☉, ſupra.

ἦδεν, per ſyncop. pro ἤδεεν, pro ᾔδει ſui. poet. & Attic.

ἤϊμην

Δέμας, τὸ forma, figura, corpus, *indeclin.* *eſt* a δέμω, extruo, ædifico.

φυὴ, indoles, natura, a φύω, naſcor, gigno, produco, do in lucem, *hinc* φύσις, natura, potentia, res innata, ingenium, indoles.

ἔργον, τὸ, opus.

In δέμας, φυὴν, φρένας, & ἔργον, *ſubintelligitur* κατὰ.

ἔμμεναι Doricè pro εἶναι.

βούλομαι ἐγὼ, hic *ſubintelligitur* μᾶλλον.

ἀπόλλυμι, ἀπολέσω, vel ἀπολῶ. Perf. med. ἄπωλα. Att. ἀπόλωλα. Aor. 2. ἀπολόμην, unde ἀπολέσθαι, ab ἀπὸ & ὄλλυμι.

αὐτίκα, ſtatim, primo quoque tempore, ab αὐτὸς, ipſe, αὐτόθεν, illic, ſtatim, illico.

ἑτοιμάζω, præparo, ab ἕτοιμος, promptus, paratus.

οἶος, ὁ, ſolus, & οἷος, cum aſpero, qualis.

ἀγέραστος, ab α privat. & γέρας, τὸ, præmium (i) ſine præmio.

ἔω diſſolutio pro ὦ, præſ. ſubjunct. ab εἰμὶ, ſum.

ἔοικε impersonaliter ſumptum: ſignificat æquum. eſt Perf. Att. ab εἴκω, ſimilis ſum.

βλέπω, & βλέπτω, video, ſed Æolic. βλέσσω. *hinc auferendo* β. & *interpoſito* υ, fit λεύσσω *poeticum.*

ἄλλῃ, aliter, *adverb. a dat. fœminin.*

ποδάρκης, εος, ὁ, ἡ, pedibus ſufficiens, a πούς, & ἀρκέω, ſufficio, par ſum. hinc *imperſo.* ἀρκεῖ, ſufficit.

κύδιστος, ὁ, vel κυδίστατος, *ſuperlat.* a κυδρὸς, ὁ, glorioſus, a κῦδος, τὸ, gloria, laus, at κύδος, ὁ, convitium.

φιλοκτέανος, ὁ, avarus, a φίλος, & κτῆσις, ἡ, poſſeſſio, a κτάομαι, paro, acquiro, *ſed perfectum pluſquamperfect. & Aoriſt.* 1. med. ſignificant, poſſideo, habeo.

μεγάθυμος, ὁ, ἡ, magnanimus, a μέγας, & θυμὸς, ὁ, animus.

ἵστημι

ἴσημι, ſcio, *in plural.* ἴσαμεν, *ſyncop.* ἴσμεν, *ſic in imperativo,* ab εἴδομαι, ſcio, ἴδμεν, Doricè ſive *Atticè.*

ξυνήϊος, ὁ, communis, a ξυνὸς, communis.

κέω, & κείω, κέημι, & κέομαι, hinc *craſi* κεῖμαι, jaceo, *imperf.* ἐκείμην. *fut. medium,* κείσομαι.

τὰ πολίων, res urbanæ.

δέδασαι, *tertia perſona perfecti paſſ.* ab *inuſitato* δάζω, divido, diſco, idem, δαΐω, δαίω, ſunt etiam ſcio, comburo, convivor.

παλίλλογος, ὁ, rurſus numeratus vel collectus, a πάλιν, rurſus, & λέγω, lego, eligo, numero.

πρόες, aor. 2. Imp. προΐημι.

τριπλῆ, tripliciter, à τρεῖς, tres.

τετραπλῆ, quadrupliciter.

ἀποτίνω, τίσω, compenſo, a τίω, ſupra.

αἴθε, pro εἴθε, *Dor.* utinam, ſic αἴκε, pro εἰκε, ſi, hic.

πόθι, ubi, quò, aliquandò.

δώσι, *Ionice,* pro δῷ. 3. ſingul. aor. 2. ſubjunct.

ἐυτείχεος, bene muratus ab εὖ & τεῖχος, murus.

λάπτω, lambo, propriè, ut canis; eſt etiam evacuo. hinc λαπάζω, evacuo, perdo, idem. ἀλαπάζω, pleonaſ. τοῦ α, & ἐξαλαπάζω. debellari.

ἀγαθός περ, iſta *adjectio ſyllabæ per ſignificat. ſep.* quamvis, etſi.

θεοείκελος, ὁ, Deo ſimilis, a θεὸς, Deus, & εἴκελος, ὁ, ſimilis, ab εἴκω, aſſimulo, obedio.

κλέπτω, furor, decipio, a καλόπτω, abſcondo, *ſignificat aliquando* abſcondo, a κλέπτω, & ὕδωρ, τὸ, ſit κλεψύδρα, ἡ, *quia antiqui menſurabant horas inſtrumento horologico, quod in fundo habebat exile foramen, per quod aqua ſenſim & quaſi furtim diſtillabat.*

νόος, ὁ, mens, animus, *craſi,* νοῦς. *hinc multa ſubſtantiva in* οια *formantur.*

παρξ

παρέρχομαι, prætereo, tranſeo, ſupero currendo, & generatim ſupero quocunque modo. παρελεύσεαι Ionicè pro παρελεύσῃ. fut. ſing. 2. Perſ.

πείθω, πείσω, perſuadeo.

θέλω, ſumit tempora a θελέω.

αὔτως, fruſtra, temerè. *communiter*, ſic, hoc modo.

ἧμαι, ſedeo, colloco, ab ἕω, *idem*.

Δεύομαι pro δέομαι ι epenth. æol. δέω, ligo, indigeo, ſupplico. hinc *Imperſonale* δεῖ, oportet. ſed *tempora poetica ſumit* a δεύω.

ἄρω, apto, coapto, congruo, μελ. ἀρῶ, & ἄρσω, *Æolicè*. hinc *Aoriſt*. α. ἦρσα. hinc *particip*. ἄρσας.

ἀντάξιος, ὁ, exiſtimatione par. ab ἀντί, *quod in compoſitione ſignificat contra, æque, & pro*. & ἄξιος, dignus.

ἔσαι, *ſyncope*, pro ἔσονται.

δώσουσι, *Poet*. pro δῶσι.

ἕλωμαι. Aor. 2. ſubj. Med. ab εἷλον, quod eſt Aor. 2. verbi αἱρέω, capio, mutuatitius ab ἕλω.

τεός, *Doricè*. & *Poeticè*, pro σός.

ἰών. aor. 2. part. ab εἶμι. vado.

Ὀδυσσεύς, Vlyſſes, a quo nomine appellantur illi libri, quos Homerus ſcripſit de ejus peregrinatione.

ἄγω, abduco. fut. ἄξω, pro ἦχα, *Atticè*, ἀγήοχα, & *Pleonaſ*. ο. ἀγήοχα. hinc Aor. 2. ἦγον, *Attic*. ἤγαγον.

ἱκνέομαι, advenio, *tempora ſumit* ab ἵκομαι.

μεταφράζομαι, poſt delibero, μεταφράζω, interpretor.

ἐρύομαι, & ἐρύω, traho, item, Cuſtodio, libero, tueor. ἐρύομεν, pro ἐρύσωμεν, cum σ, *per ſyſtolen*. hinc ἐρύσσωμεν, pro ἐρύσωμεν.

ἐρέσσω, remigo, propriè. hinc ἐρέτης, ου, ὁ, remex, & ἐρετμός, οῦ, ὁ, remus.

εἰς δ' ἐρέτας ἀγείρομεν, tmeſis pro εἰσαγείρομεν

ἀθροίζω.

ἐπιτηδὲς, *adverb.* ſtudioſè, de induſtria. ab ἐπιτήδειος, neceſſarius, idoneus, amicus. *hinc* ἐπιτήδευμα, ſtudium, præceptum.

καλλιπάρηος, pulchras habens genas, a καλὸς & παρεία, ἡ, gena, & vertitur ει in η, Æolicè.

βήσομεν, per *ſyſtolen*, pro βήσωμεν, a βαίνω, βήσω.

εἷς, *per ſe non declinatur in plurali, ſed* cum μη, & ε *declinatur.* ut οὐδένες, μηδένας, nullos.

ἀρχὸς, ὁ, princeps, præfectus. ab ἄρχομαι, incipio, ſum author, impero, dominor, idem, ἄρχω.

βουληφόρος, ὁ, ἡ, conſilium portans, conſultor, a φέρω, & βουλή.

Αἴας, Aiax, ab αἰάζω, lugeo; *quia, puer cum eſſet, magno dolore affectus eſt.*

ἔκπαγλος, ὁ, ἡ, horribilis, ſtupendus, vehemens, *per metatheſin pro* ἔκπλαγος, idem, ab ἐκπλήσσω, percello, perterrefacio. ομαι, ſtupeo, percellor.

ἑκὰς, longè. hinc ἑκάεργος, longè operans.

ῥέζω, facio, ſacrifico. fut. ῥέξω, tanquam ab ἔργω. *præt.* χα. *regit aliquando geminum Accuſat. hinc paſſivum,* ῥέζομαι, *fio, præt. med.* ἔρογα, *&* *metath.* ἔοργα.

ὤμοι pro ὄιμοι, heu mihi, vox dolentis. οι regit aliquando *Nominat. Dat. Accuſ.* & voc.

ὑπόρα, torvè, *per pleonaſ.* τοῦ δ, ὑπόδρα, idem, ab ὑφοράομαι, ſubaſpicio, torvè aſpicio.

ἀναιδεία, ἡ, impudentia, ab αἰδὼς, ἡ, & α *priva.* ἀναιδείη Ionicè.

ἕω, induo, ſedeo, mitto.

ἐπιειμένος, particip. præt. perf. paſſ. ab ἐπιέννυμι, vel ἐπιέω, pro quo in proſa dicitur ἐφειμένος.

κερδαλεόφρων, ὁ, ἡ, animum habens aſtutum, & avidum, a κερδαλέος, aſtutus, quod a κέρδος, τὸ, aſtutia, & φρὴν, mens.

ὁδὸς, οῦ, ἡ, via, iter, *aliquando* Inſidiæ.

αἰχμητάων, Æolicè pro αἰχμητῶν. αἰχμητ
pallia

bellator, αἰχμὴ, cuſpis.

δεῦρο, huc.

αἰτία, culpa. hinc αἴτιος, ὁ, reus, accuſandus.

βοῦς, bos, vel vacca, βοὸς, ὁ & ἡ, *Acc. Pl.* βόας, βοῦς, ἵππος, equus.

ἐλαύνω, ab ἐλάω, impello, ago, inſtituo, excito, percutio, vulnero ἤλασα. aor. 1.

ἐριβώλαξ ὁ, ἡ, τὸ. valde gleboſus, ab ἐρι, quæ auget in compoſitione, & βῶλος, ἡ, gleba, ſeu βώλαξ.

βρώσκω, *tempora ſumit* a βρόω, paſcor, ſic βόσκω, paſcor, a βόω, ſed futur. βοσκήσω, a βοσκέω. βότης, paſtor, *Dorice* βώτης. βωτιάνειρος.

δηλέω, lædo, δηλητήριον, venenum.

ἐπειὴ, pro ἐπειδὴ, *a ferendo* δ, cum, quoniam.

σκιόεις, ὁ, umbroſus, a σκιὰ, ἡ, umbra, quaſi a κίω, vado, quia cum corpore ſemper vadit.

ἠχήεις, ὁ, reſonans, ab ἦχος, ου, ὁ, ſonus, *hinc* ἠχέω.

ἕσπομαι, *addito* σ pro ἕπομαι, ſequor; *in cujus temporibus ſæpe amittit* τὸ ε, ut σπῶ pro ἕσπου.

χαίρω, gaudeo, *tempora ſumit à* χαιρέω.

τιμὴ, pœna, a τίω, punio.

αἴρω, tollo, capio. *hinc* ἀρνύω, & ἄρνυμι, idem.

κυνώπης, ὁ, habens canis vultum, a κύων, canis, & ὤψ, vultus, oculus.

μετατρέπω, converto, *hic* curam gero, ἀλεγίζω, idem.

ἀπείλεω, minor.

μογέω, *laboro*, patior, *idem*, μογεύω, a μόγις. *Adverb.* vix, magno cum labore, *nam apud græcos derivativa ſæpe fiunt ab adverbiis.*

δόσαν, Ion. & Poet. pro ἔδοσαν, Aor. 2 ἔδων à δίδωμι.

υἷες Ἀχαιῶν, viri Achivi, eſt ab υἱεὸς; *cujus dat. Poet.* υἱέσι, *pro* υἱοῖς.

πτόλίεθρον, τὸ, addito τ pro πόλίεθρον, urbs, a πόλις, ἡ, idem.

πολὺς, πλείων, πλεῖστος. multus.

πολυάϊξ, ὁ, impetuoſus, a πολὺς, & αἴσσω, impetu ruo.

ἕπω, curo, tracto, guberno. *hinc* διέπω, ſed ἕπω, cum tenui, dico, & ἕπομαι, ſequor. κεκάμω, Aor. 1. ſubjunct. verbi κάμνω, reduplicationem habens præteriti.

δασμὸς, ὁ, diviſio, a δάω, divido.

πολὺ *additur comparat. & ſuperlat.*

ὀλίγος, parvus.

ἐπήν, cum, poſtquam; pro ἐπάν pro ἐπ' ἄν, pro ἐπεὶ ἄν.

κεκάμω, Aor. 1. ſub. verb. κάμνω, reduplicationem habens præteriti.

φέρω, hinc comparat. φέρτερος, qui plus poteſt ferre, vel portare, & ideo validior, robuſtior. { φέρτατος, φέρισος, φέριστος.

ἴμεν pro εἶναι, ab εἶμι, eo.

κορώνη, cornix, ſummitas in curvamine arcus, & generalit. quævis ſummitas eſt, etiam quicquid inflexum eſt, item, corona, a κορώνη, cornix, hinc κορωνίς, ὁ, ἡ, niger. item navis.

ἐνθάδε, hic.

ἄφενος, ὁ, vel τὸ, divitiæ, ſed *proprie*, cenſus, vel reditus unius anni, quaſi ab ἀφ' ἔνου, ab anno *per ſyncop.* ἄφενος.

ἀφύω, haurio, *idem*, ἀφύσσω.

φεύγω, fugio.

μάλα, valdè, multum, vehementer, ſanè, quidem, hinc μᾶλλον & μάλιστα.

σέω, σείω, & σεύω, quatio, incito, fugo, pello, eo. σεύω, *aoriſt. a.* ἔσσευα, a σεύω, *auferatur* ε *poetice.* hinc σεύω. *hinc prater. paſſ.* σέσυμαι, & *metatheſi* ἔσσυμαι.

ἔσυτα

εἵνεκα, pro ἕνεκα.

μητιέτης, ὁ, prudens, ſapiens, a μῆτις, ἡ, conſilium, deliberatio, a μήδομαι, curo, delibero, molior, vocat. pro nom. poet.

ἐχθρὸς, ὁ, inimicus, compa. ἐχθίων. ſuper. ἔχθιστος.

ἐσσί. poeticè pro εἶ, ab εἰμὶ, ſum.

Διοτρεφὴς, a Iove nutritus, a Διὸς, & τρέφω, nutrio.

κρατερὸς, & metathesi καρτερὸς, ὁ, fortis, durus, vehemens, a κράτος, τὸ, victoria.

πού, partic. explet. ubi, ubinam (interrog.) ſæpe regit genit. hinc δήπου, & δήπουθεν, nimirum, certè. hinc ὅπου, ubi, ab ὅς, ἥ, ὅ.

ἕταρος, ὁ, ſocius, amicus, pro ἑταῖρος, ὁ, idem.

ὄθη, cura, ὄθομαι, curo, moveor.

ὧδε, ſic, hoc modo.

πέμπω, mitto. Fut. πέμψω.

κλισία, ἡ, locus aliquis accubitus, ſtatio, tentorium, a κλίνω, inclino, incumbo.

ὁμοιωθήμεναι, Doricè pro ὁμοιωθῆναι, infin. aor. 1. paſſ.

στυγέω, ab inuſitato, στύγω, μελ. στύξω, odi, timeo, horreo, triſtor. hinc στύξ, γὸς, ἡ, Styx, palus apud inferos.

φάσθαι Infin. Aor, 2. Med. ἐφάμην, a φημί.

ὁμοιωθήμεναι, Doricè pro ὁμοιωθῆναι, Inf. aor. 1. paſſ. ab ὁμοιόω, aſſimilo, ſimilem facio, ab ὁμὸς, ſimilis.

ἄντην, coram, palam, è contrario, ab ἀντί.

ἦτορ, τὸ, cor, genit. ορος.

λάσιος, hirſutus, a λάχνη, lanugo.

διάνδιχα, bifariam, poeticè, & ἄνδιχα, idem, pro δίχα, idem, quod a δὶς, bis. hinc διχάζω, divido; δὶς in compoſitione ante vocalem retinet σ ante conſonantem, modò retinet, modò non.

μερμηρίζω, ſolicitè cogito, ango, delibero, anxiè dubito, a μέρμηρα, ἡ, cura, angor, conſilium.

σφάγανον, τὸ, enſis, a σφάζω, interficio, vel σφαγαῖς γανύμενον, cædibus gaudens.

φάσγανον pro σφάγανον per hypertitheſin literarum.

ὀξὺς, ὁ, acutus. hinc τὸ ὄξος, vinum, quod acuit.

ἀνίστημι, excito, erigo, diſtare facio.

ἐναρίζω, interficio, ab ἐναίρω, idem ab ἄρης, ὁ, Mars, quod ab αἴρω, tollo, *quia populum tollit è medio. hinc* ἔναρα ſpolia.

παύω, ceſſare facio, ſed παύομαι, ceſſo.

ἐρητύω, prohibeo. *eſt etiam*, ſedo, detineo, reprimo.

ἕως, dum, *item* εἵως, interim, tamdiu, pro ὡς poeticè, ſed ὡς *frequentiſſime jungitur adverbiis ſimilitudinis*, ſicut, veluti: ὡς interdum *indicat cauſam finalem*, & ſæpe cum verbo infin. modi, *& ſic ponitur pro* ἵνα ut; ſæpe ὡς ponitur *cum adverbiis ſuperlativi gradus*.

ὁρμαίνω, in animo cogito, revolvo, incito, appello, ab ὁρμὴ, mutando ſpiritum, *quod ab* ὄρω, concito, excito.

ἕλκω, traho.

κολεὸς, ὁ, vagina.

οὐρανόθεν, a cœlo, ab οὐρανὸς, *quod ab* οὖρος, Ionice pro ὅρος, ὁ, terminus, limes, *quia cœlum terminat aſpectum noſtrum.*

ἵημι, mitto. Fut. 1. ἥσω. Pr. εἷκα, Aor. 1. ἧκα.

ἄμφω, ambo, ab ἀμφὶς, utrinque.

ἦν, pro ἔστι.

ὄπιθεν, *Ionice*, pro ὄπισθεν, pòſt, retrò.

ξανθὸς, ὁ, flavus, floridus, ab ἄνθος, τὸ, flos, *præpoſito* ξ.

φαίνω, apparere facio, ομαι, appareo.

ἐγὼ

ὁράω, video, ὄψομαι.

θαμβέω, timeo, tremo, admiror, a θάμβος, εος, τὸ, pavor, admiratio.

γιγνώσκω, vel γινώσκω, noſco, F. 1. γνώσομαι, Pr. ἔγνωκα, Ind. 2. ἔγνων, &c.

Παλλὰς, Pallas, a πάλλω, vibro, quatio, quia dicitur haſtam vibrare.

φάανθεν, pro φάνθεν, *addito* α *poet.* pro ἐφάνθησαν, *Bœot.* ut dicitur a φαίνω. φάω, *poeticum,* luceo, ſplendeo, item, dico. hinc φωνὴ, vox, *quia eſt quaſi lux mentis. hinc* φωνέω, voco. a φάω, luceo, fit φαλὸς, ſplendidus; a φάω, occido, φένω, idem pro φάω, dico, *uſurpatur potius* φημὶ, at φάω, occido, *non niſi in paſſiva voce invenitur.*

πτερόεις, ὁ, alatus, a πτερὸν, τὸ, ala, *per ſyncop.* pro πετερὸν, quod a πέτομαι & πετάομαι, & *ſyncop.* πτάομαι, volo. a πτερὸν, fit πτερύσσομαι, propriè, alatum plauſu latera ferire, ut gallinacei ante cantum, *metaph.* lætor, gaudeo.

τίποτε, cur, & *ſyncope,* τίπτε, cur, a ποτὲ, quando. item. quoniam. *item.* ὅ, τε, *poeticè* pro ὅστις, qui.

αὖθι, hic, pro αὐτόθι.

αἰγίοχος, ὁ, qui habet ſcutum confectum ex pelle caprinâ, ab αἰγὶς, ἡ, pellis caprina, ab αἶξ, ἡ, capra, & ἔχω, habeo, teneo.

τέκος, τὸ, partus, filius, vel filia, a τίκτω, pario.

εἰλήλουθα, pro ἐλήλουθα, *interpoſito* ο. quod eſt pro ἐλήλυθα.

ἔρχομαι, ἐλεύσομαι. Perf. Med. ἐλήλυθα.

εἴδω, video. Ind. 2. εἶδον, poet. ἴδον.

ὀΐω, *per diæreſin* pro οἴω. puto.

ὑπεροπλία, & εια, ἡ, ſuperbia, ab ὑπέροπλος, ὁ, qui in armis ſe omnia poſſe putat, ideoque ſuperbus, ab ὑπὲρ & ὅπλον, τὸ, arma. hinc ὁπλίζω, armo, paro.

ποτὲ, quando, tandem, ut ſupra.

γλαυκῶπις, ὁ, qui cæſios habet oculos, a γλαυκὸς, ὁ, cæruleus, color cæſius, & ὤψ, ὁ, vultus, oculus.

Ἀθηνᾶ, Ἀθήνη, Ἀθηναία, Παλλὰς, Minerva.

πίθηαι Ionica reſolutione pro πίθῃ, vel potius paragogicè Aor. 2. Med. Subj. a πείθω.

λήγω, ceſſo.

ὀνειδίζω, convitior, ab ὄνειδος, opprobrium.

ὧδε *adverb.* ſic, hoc modo. *Item,* hic. ὧδε pro τῷδε, ab ὅδε, ἥδε, τόδε, hic, hæc, hoc.

τελέω, finio, perficio, abſolvo, a τέλος, finis.

ἔσται *ſyncope* pro ἔσεται.

δῶρον, donum.

ὕβρις, ἡ, injuria, *propriè orta per contumeliam aliquam.*

ἴσχω, & ομαι, habeo, retineo, coerceo, prohibeo, ab ἔχω. ἴσχεο Ionicè pro ἴσχου Imperat. ab ἴσχομαι.

χρὴ Imper. opus eſt, oportet, a χρεία indigentia.

εἰρύσσασθαι metri cauſa pro ἐρύσασθαι. Aor. 1. Infinit.

ἄμεινον. *Adverb.* ab ἀμείνων comparat. ab ἀγαθὸς, bonus.

καὶ μάλα περ. per tmeſin pro καίπερ, etſi.

κώπη, remus, item manubrium, a κόπτω, ſcindo, ferio, percutio, *quia quaſi aquam ſcindit.*

ἦ, Aphæreſis pro ἔφη. 3. ſing. Aor. 2. ἔφην.

σχέθω, habeo, teneo, reprimo, *tempora ſumit à* σχῶ, *idem,* ab ἔχω, & idem ἴσχω.

κουλεὸς, ὁ, vagina, pro κολεὸς *per parentheſin* τοῦ υ.

ὠθέω, trudo, pello. F. ὠθήσω & ὤσω. Aoriſt. 1. ὦσα. *præt.* ὦσμαι. *Attic.* ab ὤθω.

ἀπειθέω, non obedio. ex α *privat.* & *ſecundo Aoriſt.*

τῦ

τῶ πείθω, perſuadeo. πείθομαι, perſuadeor, ſeu pareo, ἀπίθηος, pro ἀπείθηος, metri cauſa abjicit ε, & corripit antepenultimam.

βαίνω, βήσομαι. *Præt.* βέβηκα.

δαίμων. ὁ, ἡ, Deus, numen, fortuna, a δαήμων, ſciens, & peritus artifex, a δάω, ſcio.

ἀτάρτηρος, ὁ, ἡ, obnoxius, contumax, contumelioſus *per reduplicationem pro* ἀτηρός, idem. eſt etiam inſuperabilis, intractabilis, ab ἄτη, damnum. hinc ἀτάω, lædo, noceo, eſt etiam ἄτη, dea, quæ damna & infortunia hominibus mittit.

οἰνοβαρής, έος, ὁ, ἡ. vino gravis; ebrius, ab οἶνος, vinum, & βαρύς, ὁ, gravis.

ὄμμα, τὸ, oculus, ab ὀράω, video.

κραδίη, ἡ, Cor, *per metatheſin pro* καρδία.

ἔλαφος, ὁ, cervus, *deducitur ab* ἐλεῖν τοὺς ὄφεις, *à capiendo ſerpentes.*

θωρήσσω, armo, induo thoracem, a θώραξ, ὁ, lorica.

λόχος, ου, ὁ, agmen, cohors, inſidiæ, a λέγω, cubare facio. hinc λοχάω, & λοχίζω, inſidior.

ἀριστεύς, ὁ, princeps. hinc ἀριστεύω, & ἀριστεία. ἀριστήεσσι, Ion. pro ἀριστεῦσι.

τέτληκα, per ſyncop. pro τετάληκα, a ταλάω, ſyncope τλάω, ſuffero, tolero; *hinc* τελαμὼν, balteus, quo cingitur enſis. & τάλας, miſer, quia multa perfert; & Ἄτλας, qui cœlum humeris ſuſtinet. *per Metatheſin.*

κῆρ, pro κέαρ, τὸ, cor, ſed ἡ, κήρ, fatum, plerumque in malam partem.

λωΐων, melior, *compar.* ab ἀγαθός, *ſuperlat.* λώϊστος contract. λῷστος, fit a θέλω, & Dor. λῶ, vel λάω, *id eſt, quod magis volumus, id melius eſt.*

ἀποαιρεῖσθαι, *poetice*, pro ἀφαιρεῖσθαι.

ἀντίος, ὁ, contrarius, ab ἀντί.

δημο-

δημοβόρος, ὁ, populum devorans, à δῆμος, populus, quaſi δεσμὸς, ὁ, a δέω, videl. a ligando; quia eſt cœtus hominum collectus, & βιβρώσκω, edo.

βασιλεῦς, *Atticè* pro βασιλεῦ.

οὐτιδανὸς, ὁ, homo nullius pretii, ab οὔτις, ὁ & ἡ, nullus, *addito* δα.

ὕστατα, poſtremum, ab ὕστατος, quod ab ὕστερος, poſterior. ὑστάτος, tanquam ex ὑστερώτατος.

λωβάομαι, ῶμαι, contumeliâ afficio, a λώβη, ἡ, contumelia, injuria. λωβήσαιο. Aor. 1. optat.

ὅρκος, ὁ, jusjurandum.

ὀμνύω, & ὄμνυμι, *tempora ſumit* ab ὀμόω, juro, ὀμοῦμαι. Fut. 2. Med.

ναὶ, certè, etiam, *adverb. affirmantis, item uſurpatur jurejurando.*

φύλλον, folium. ὄζος, ὁ, ramus, & *metaph.* ſtirps.

τόμος, ὁ, & τομὴ, ſectio, a τέμνω, ſcindo.

λείπω relinquo, Fut. λείψω. Ind. ἔλιπον, Præt. Med. λέλοιπα.

θάλλω & θηλέω, germino, pubeſco. θηλέω. Ionic.

χαλκὸς, ὁ, οῦ, æs, ferrum. per *Metonymiam* quicquid ex ære conflatur: gladium aliquando & alia arma ſignificat.

λέπω, decortico, futur. λέψω, ὁ λοπὸς, cortex.

αὖτε, autem, rurſus, pro αὖ rurſus. *hinc* αὖθις idem. *Item*, poſtea, pro αὖθις, *poetæ uſurpant* αὖθι, & αὖτις.

παλάμη, palma, manus.

φέρω. *hinc* φορέω, propriè ferre veſtem aliquam, *ſed general.* geſto, gero quocunque modo.

εἰρύατο Ionicè pro εἴρυντο, mutato ν in α. cuſtodierunt.

δικασπόλος, ὁ, judex, qui verſatur circa jus, à δίκη, jus, cauſa, accuſatio, mulcta, & πολέω, verſor.

θέμις, ἡ, lex, fas (hinc θεμιτὸς, licitus, ſanctus) habet genitivum θέμιςος.

πόθος, ὁ, deſiderium, amor, affectus, cupido. hinc ποθέω, ποθαίνω, & ποθήσκω, deſidero, ἡ ποθὴ idem.

ἵξομαι. Fut. 1. Med. verb. ἱκνέομαι mutuatitium ab ἵκομαι.

δύναμαι, δυνήσομαι, poſſum. δυνήσεαι pro δυνήσῃ.

εὖτε, quando, dum, ſicut, ita pro εὖτε dicunt poëtæ ἠΰτε.

ἀνδροφόνος, ὁ, ἡ, homicida, ab ἀνὴρ, & φένω, occido.

πίπτω, cado. fut. πεσοῦμαι, præt. πέπτωκα. Aoriſt. 2. ἔπεσον.

ἔνδοθι, pro ἔνδοθεν, potius intus.

ἀμύσσω, lanio, vellico. hinc ἀμυχὴ, laceratio.

γαῖα, ἡ, terra, & per *Aphæreſin literæ* γ, ſit αἶα, in *proſa* γῆ, *idem*. a γῆ, ſit γῆρας, τὸ, ſenectus, quia ſenex ad terram deſpicit.

ἧλος, ὁ, clavus. hinc καθηλόω, clavo deſigo, vel configo eſt etiam ἧλος, morbus quidam rotundus, calloſus, capiti clavorum perſimilis.

πείρω, transfigo. fut. 1, περῶ. Perf. πέπαρκα. Ind. 1. ἔπειρα 2. ἔπαρον. Perf. paſſ. πέπαρμαι. Ind. 1. ἐπάρθην. hinc πόρος, meatus, per quem aliquid influit.

ἑτέρωθεν, ab alia parte, ab ἕτερος alter.

ἡδυεπὴς, έος, ὁ, ἡ, dulce loquens, ab ἡδὺς, ὁ, dulcis, & ἔπω, dico.

ἀνορούω, ſurrigo, impetu fero, ab ὀρούω, quod ab ὄρω, elevo, attollo, concito.

λιγὺς, ὁ, ſtridulus, aliquando in bonam partem, & ſignificat jucundus, ſonorus, facundus, a λίγγω, ſtrideo, reſono, *idem*, λιγαίνω, λιγυρὸς, ὁ, idem cum λιγύς.

γλῶσσα,

γλῶσσα, ἡ, lingua & lingula tibiæ, ob ſimilitudinem.

τὸ μέλι, ιτος, mel, *hinc* μέλιττα, apis.

γλυκὺς, ίων, ιστος, & γλυκύτερον, &, ύτερος, ύτατος. hinc γλεῦκος, εος, τὸ, mulſum, vinum quoddam ſuave.

ῥέω, tempora ſumit à ῥεύω, fluo, propriè de rebus liquidis, item, dico, loquor, pro quo uſitatius eſt ῥημι. Aoriſt. α. ἐῤῥήθην.

γενεὰ, ἡ, genus, generatio, progenies, aliquando ſpatium ſeptem annorum; aliquando triginta, à γίνομαι.

μέροψ, epitheton propriè hominis, a μείρω, divido, & ὄψ, vox, ab ἔπω, dico; hinc μέροψ, dicitur is, qui variâ utitur linguâ, & dialecto, vel qui articulatè loquitur.

ἄνθρωπος, ὁ, ἡ, homo, ab ἄνω ſupra, quod cum articulo ſupplet vicem nominis, hinc πρὸς τοὺς ἄνω, ad ſuperos, & ἀθρέω, aſpicio, juxta Ovid.

*Os homini ſublime dedit cœlumque tueri, &c.*

φθίνω, & φθίω, corrumpo, contabeſco. ἐφθίατο. Ionicè pro ἔφθιντο 3. pluralis pluſquam perf. paſſivi.

πρόσθεν, antea, & Poet. πρόσθε, a πρὸ ante.

τραφέν pro ἐτράφησαν, τρέφω. fut. θρέψω. Ind. ἔτραφον, &c.

ἠγάθεος, ὁ, valdè divinus, bonus, fortis, ab ἄγαν valdè, mutato α in η, *quod aliquando nomen eſt*, ἢ τὸ ἀγαθόν.

πόποι, proh dii, in *Dryopum lingua*, qui in græcia fuerunt, Dii dicebantur πόποι, quaſi πάντα ὀπτεύοντες. vox eſt admirantis, vel indignantis.

πένθος, τὸ, luctus, dolor, à πάθος, paſſio, clades, interitus, à πάσχω, ut βένθος, a βάθος.

ἱκάνω, venio, item, advenio, invado, idem ἵκω

& ἱκνέομαι, ſed tempora ab ἵκομαι.

γηθέω, lætor: hinc γῆθος, τὸ, lætitia, idem. γηθεύω, & γήθομαι.

κεχαροίατο, reduplicatio pro χαροίατο Ionicè pro χάροιντο. aor. 2. med.

πυνθάνομαι, tempora à πεύθομαι, audio, intelligo, interrogo, cognoſco. πυθοίατο. aor. 2. pro πύθοιντο.

μάρναμαι, illo odio contendo, quod nunquam ad fœdus perducatur, pugno telis infeſtis, ſeu verbis; fit ab inuſitato μαρνάω, *idem*, quod a μὴ, non, & ἀρνεῖν, fœdus facere occiſione agni, ab ἀρὴν agnus.

μαρναμένοιιν, Ionicè pro οιν.

περίειμι adhuc vivo, exto, perſto, ſupero, περὶ, *hic in compoſitione ſignificat*; præ, & εἰμὶ, ſum.

νεώτερος, ὁ, junior, a νέος, ὁ, luvenis, a νέος, fit νεανίας, νεάνισκος, ὁ, ſed νεὼς *Ionicè*, pro ναὸς, ὁ, templum.

ἀρείων, ὁ καὶ ἡ, præſtantior, ab ἄρης, Mars, prælium, ἢ quam poeticè ἠὲ, inde ἠέπερ, idem.

ἀθερίζω, parvi vel flocci pendo, ab ἀθὴρ, ſpica, ariſta.

ποιμὴν, ὁ, paſtor, cuſtos, princeps, ab ἀντὶ τῆ πόας μένειν. πόα, ἡ, grex.

κάρτιστος pro κράτιστος metatheſis.

ἀντίθεος æqualis Deo ab ἀντὶ æqualitatem in compoſitione denotante & θεὸς.

ἐπιχθόνιος, ὁ, qui in terra vivit, terreſtris, ab ἐπὶ & χθὼν, ονὸς, ἡ, terra.

φὴρ, ρὸς, ὁ. Æolicè pro θὴρ, fera, item, centaurus; eſt etiam fera in genere, *eſt Æolicè* pro θὴρ, ὁ, idem, quod ἀπὸ τοῦ θέειν ῥᾷον, a currendo velociter.

Ὀρεσκῷος in montibus cubans. ὄρος mons, κέω ſeu κεῖμαι, jaceo.

μεθομιλέω, converſor, ab ὁμιλέω, verſor, ago, ab

ab ὅμιλος, ὁ, cœtus, turba.

κατὰ ἐμαυτὸν, pro meis viribus, ſeu facultate.

μαχέοιτο pro μαχοῖτο Ionica diſſolutio diphthongi circumflexæ.

βροτὸς, homo mortalis, ſæpius ſine ſubſtantivo. βροτὸς, ὁ, homo, βρότος, τὸ, cruor, ſanies. hinc βροτόω cruore inquino.

ξύνιον pro ξυνίεσαν. 3. perf. plu. verbi ξυνίημι audio.

ἀποαίρεο Ionice. pro ἀφαιροῦ.

ἐάω, ſino, permitto, item, ceſſo. imperf. εἴαον non Aoriſt. α. εἴασα.

ἐθέλω, volo.

ἀντεβίην, ἀντίβιον & ἀντιβία: adverb. contra. ab ἀντίβιος, adverſarius, ab ἀντὶ, & βία, vis.

μείρω, divido, ſortior, præt. med. μέμμορα, & metatheſi ἔμμορα. hinc μοῖρα, ἡ, fatum, quod & decens vel æquum ſignificat.

σκηπτοῦχος, ὁ, ſceptrum tenens, a σκῆπτρον, τὸ, ſceptrum, & ἔχω.

κῦδος, τὸ, gloria, decus; ſed κύδος, ὁ, convitium, objurgatio.

γείνατο pro ἐγείνατο ab ἐγεινάμην. Aor. 1. med. verbi γείνομαι, genero.

μέθεμεν, Ionicè pro μεθεῖναι aor. 2. verbi μεθίημι depono, dimitto, &c.

ἕρκος, τὸ, ſeptum, clauſtrum, munimentum, ſepes ab εἵργω, ſeu εἵργνυμι, cum aſpero, & poeticè, in pr. in carcerem conjicio, cuſtodio, coerceo; ſed εἴργω cum tenui, veto, prohibeo, arceo. εἴργομαι, cum tenui, ſubeo.

σημαίνω, propriè ſignum do, vel ſigno dato aliquid præcipio, generaliter præcipio, impero, σῆμα, τὸ, ſignum, portentum, vexillum, ſepulchrum.

ὑποβλήδην, *adverb.* ſubjiciendo, vel interpellato ſermone excipiendo verba dicentis nondum finita, obſtrepere interfando, ab ὑποβάλλω, ſubjicio, aliquando interfari.

δειλὸς ὁ, timidus, ignavus: hinc κροκόδειλος, ὁ, ἀ δείδω timeo. Crocodilus, *quia naturali antipathia timet* Crocum: κρόκον, τὸ, crocum.

ὑπείκω, ſuccumbo, ab εἴκω, aſſimulor, obedio.

ὅττι κεν. poet. pro ὅ, τι, & κεν.

ἐπιτέλλω, & ομαι, jubeo, impero, præcipio, exorior, ἀ τέλλω, *inuſitato* fio. ſed τελέθω ſum, *verbum poeticum.* τέλλεο pro ου Ionicè.

| | |
|---|---|
| ἀφαιρῦμαι | σοῦ τὴν ὀσίαν |
| | σὲ τὴν ὀσίαν |
| | σὲ τῆς ὀσίας |
| | σοὶ τὴν ὀσίαν |
| | μοὶ τὴν κούρην. |

ἀέκων, ὁ, invitus, ab α *privat.* & ἑκὼν volens, *quod legitur in participio tantum.*

γνώωσι poetic. pro γνῶσι. Aor. 2. Subj. ab ἔγνων.

αἶψα, ſtatim, *vox poetica*, hinc αἰψηρὸς, ὁ, celer, & λαιψηρὸς, idem, cum particulâ *augmentativa* λα, *quæ ſemper auget in compoſitione.*

αἷμα, τὸ, ſanguis: hinc αἱμάτι enſis, & αἱμασία, ἡ, ſepes, quæ ſpinas habet: hinc ὅμαιμος, ὁ, ἡ, conſanguineus, ab ὁμὸς: hinc πολύαιμος, quaſi πολὺ αἷμα.

μέλας, niger, quaſi μὴ λας, ὁ, *mutando* μ pro κ.

ἐρωέω, fluo, moveo, recedo, aberro. item, ceſſo, otio me do.

δόρυ, τὸ, haſta, jaculum, g. δόρυος, *metatheſi* δουρὸς, *ſic in cæteris: aliquando in declinationibus hujus vocabuli abjicitur υ poeticè.* hinc δορυόω, pugno. δόρυ,

*aliquando*

*aliquando ſignificat quercum.*

ἀνστήτην pro ἀνεστήτην.

ἐΐσος, ὁ, æqualis, pro ἴσος, idem *addito* ε.

κρίνω, accuſo, judico, damno, ſecerno, deligo.

εἴκοσι, viginti, & ἐείκοσι, *idem*.

ἕω, ſedeo, ſedere facio, induo. Fut. ἕσω, vel ἵσω. Ind. 1. εἷσα, vel ἕσσα.

πολύμητις, ὁ, ἡ, valdè prudens, à πολὺς, & μῆτις, ἡ, deliberatio, prudentia, conſilium.

πλέω, μελ. πλεύσω, navigo.

ὑγρὸς, ὁ, humidus, ab ὕω, pluo, hinc ὕδωρ, τὸ, aqua.

κέλευθος, ἡ, via, *in plurali* τὰ κέλευθα, per metaplaſmum pro κέλευθοι, ab ἐλεύθω, venio, pleonaſmo τοῦ κ.

ἀπολυμαίνω, luſtro, purgo, quod a λῦμα, τὸ, ſordes, purgamentum, quaſi λοῦμα, idem, quod à λούω, lavo: hinc λουτὴρ, peluis.

ἀνώγημι, jubeo, mando, ab ἀνώγω, idem, Aor. 1 ἤνωγον. Præter med. ἄνωγα vel ἤνωγα.

ἕρδω, facio, id eſt, ſacrifico, à ῥέζω metatheſi, & ζ mutato in δ.

τελήεις, εντος, perfectus, a τέλος, finis.

ἀτρύγετος, ὁ, ἡ, infructuoſus, ab α privat. & τρύγη, frumentum, fructus. Τρυγάω, vindemio.

ἐλίσσω, volvo, ab εἴλεω, verto, volvo, implico, agito, εἰλέω cum tenui, claudo, in anguſtum cogo, aggero, & aliquando idem quod εἰλέω: hinc ἐλελίζω, vel ἐλελίσσω, agito.

καπνὸς, ὁ, fumus, à κάω, uro, incendo, & πνοὴ, ſpiritus, flatus, quod a πνέω, ſpiro, μελ. πνεύσω.

πένομαι, pauper ſum, occupor circa, ſeu laboro: hinc πένης, pauper, & πόνος, labor.

τὰ κατὰ στρατὸν, ſubintelligitur ὄντα.

ἔσαν. per ſyncopen, pro ἦσαν.

κήρυξ, ὁ, præco; hinc κηρύσσω, prædico.

ὀτρηρὸς, ὁ, celer, citatus, ab ὀτρύνω, incito, hortor, jubeo.

θεράπων, ὁ, famulus: hinc θεραπεύω, inſervio.

ἀγέμεν, pro ἄγε, Infinit. pro Imperativo.

δοίην, Atticè pro δοίην. Ionicè additur σι. δῴησι, 3. ſingul. aor. 2. optat.

ῥιγέω, & ῥιγόω, rigeo, frigeo, horreo, obſtupeſco, a ῥῖγος, τὸ, frigus extremum, rigor. hinc ῥίγιον horribilius.

βάτην Doricè pro ἐβήτην.

εὑρίσκω, tempora ſumit ab inuſitato εὑρέω. fut. εὑρήσω, Ind. 2. εὗρον.

ταρβέω, timeo, tremo, a τάρβος, εος, τὸ, ſtupor, timor. per ſyncop. pro ταράβος, idem, a ταράσσω, turbo, territo, confundo, vexo.

αἴδομαι, idem quod αἰδέομαι ſupra.

προσφωνέω, alloquor, appellor, ſalutor, a φωνὴ, vox.

ἄγγελος, ὁ, nuntius, ab ἀγγέλλω, nuntio, dico: hinc ἐπαγγέλλω, nuntio, promitto, adhortor.

ὔμμες, pro ὑμεῖς. Dor.

ἆσσον, propius, pro ἔσσον, idem, mutato ε in α, quod ab ἐγγὺς, prope: hinc ἀσσοτέρω, & ἀσσοτάτω, propius, proximè.

Διογενὴς, Iove natus, nobilis, a Διὸς, & γίνομαι, vocat. ες.

Πατροκλέης, flectitur cum duplici craſi.

μάρτυρος, ὁ, teſtis, a μάρτυρ, idem.

πρὸς θεῶν, coram diis.

μάκαρ, αρος, ὁ, ἡ, τὸ, beatus, fœlix.

ἀπηνὴς, εος, ὁ, ἡ, crudelis, illaudandus, ab αἰνέω, laudo, & ἀπὸ, quod negationem in compo-

*ſitione ſæpe ſignificat.*

χρειὼ, Ionicè, pro ἡ χρεία, neceſſitas, opus.

ἀεικὴς, ὁ, ἡ, inconveniens, inconſentaneus, actis, ab α privat. & εἴκω.

ἀμύνω, ἀμυνάθω, & ἀμύνομαι, ſuccurro, defendo, auxilior; ſed ἀμύνομαι, ſæpe ulciſcor, & ἀμύνω, ſæpe arceo; propello.

θύω, *aliquando* inſanio, *ut hic.*

ὀλοὸς, ὁ, pernicioſus, ab ὄλλυμι, pereo.

φρὴν, ἡ, mens, ratio, conſilium.

νόος, ὁ, hinc νοέω, intelligo, cogito.

πρόσσω, antè, & ὀπίσσω, retrò, poſt. pro πρόσω, & ὀπίσω, *geminato σ.*

ἄγω, Ind. 2. ἦγον, uſitatius ἤγαγον.

γυνὴ, ἡ, genit. γυναικὸς, *vocat.* γύναι, à γύναιξ, *in duali cum maſculino* à γίγνομαι, quia materiam habet generandi.

δακρύω, lachrymo, à τὸ δάκρυ, lachryma.

νόσφι, *adverbium*, ſeorſim; hinc νοσφίζω recedo, alieno, everto, ſeparo.

ἄφαρ, ſtatim, *poetica vox*; hinc ἀφάρτερος, celerior.

λιάζω, agito, jacto, turbo, *item*, ſeparo, fugio, declino.

πολιὸς, ὁ, canus.

ὁρόων, poet. pro ὁρῶν.

οἰνοπὸς, ὁ, ἡ, vinei coloris, ab οἶνος, ὁ, & ὤψ, ἡ, vultus.

ὀρέγομαι, & ὀρέγνυμι, extendo, porrigo, etiam appeto, deſidero; *quia illud deſideramus, ad quod manus extendimus.* ab ὀρέγομαι, appeto, fit ὀργὴ; quia Ira dicitur affectus vindictæ. ab ὀρέγομαι, extendo, fit ὄρεγμα, τὸ, paſſus.

μινυνθάδιος, ὁ, brevi tempore durans; quod à μινυὸς, atticè, pro μικρὸς, parvus; hinc μινύθω, minuo;

nuo; hinc μινύνθα *adverb.* ad paululum temporis; & hinc μινυνθάδιος, in animatis ponitur pro βραχύβιος, & in rebus inanimatis dicitur ὀλιγοχρόνιος.

ὀφέλλω, augeo, adjuvo, proſum, debeo, *ut hic.* pro ὀφείλω, idem, geminatur λ Æolicè; ſed ὠφελέω, proſum, juvo.

ἐγγυαλίζω, in manus porrigo, inſero, figo in membris, à γύαλον, τὸ, cavitas manus.

ὑψιβρεμέτης, ὁ, altitonans, ab ὕψος, τὸ, altitudo: hinc ὑψηλός, ὁ, altus, & βρέμω, ſono, ſtrepo: hinc βροντή, tonitru.

τυτθὸν, τὸ, parvum, a τυτθὸς, ὁ, parvus, infans, cui mamma præbetur: τιτθὸς, ὁ, mamma: hinc τίτθη, nutrix.

ἀπούρας, *Aoriſt. a.* ab ἀπουρίζω, pro ἀπουρίσας, auferens, præripiens, pro ἀφορίζω, extermino, ab alienis finibus aufero, ab ὅρος, terminus, *mutando* φ *in* π *Ionicè.*

δακρυχέων, ὁ, lachrymas fundens, à δάκρυ, τὸ, lachryma, & χέω, fundo.

πότνιος, ὁ, reverendus, pudicus, honorabilis, ἀπὸ τοῦ πίπτειν τοῖς ποσί.

βένθος, τὸ, profunditas, a βάθος, idem. ut a πάθος, πένθος, τό.

καρπάλιμος, ὁ, velox, pro ἁρπάλιμος, idem. ab ἁρπάζω, rapio, corripio, citò intelligo.

ἀνάδυμι, emergo, a δῦμι, ſive δύνω, & δύω, ingredior, demergo, induo.

ἠΰτε, ſicut, per Ectaſin, & diæreſin ἠὖτε.

ὀμίχλη, nebula, caligo.

πάροιθε & πάροιθεν, ante, antea, *regit genit.* a πάρος, *poeticâ voce*, ante, antea.

καταρέζω, demulceo, manibus tracto, futurum ξω.

ὀνομάζω, nomine voco, ab ὄνομα, τὸ, nomen.

τὸ τέκνον, filius, proles, neutrius gen. a τίκτομαι, pario.

κλαίω, fleo, *tempora ſumit* à κλαύω, ſed κλάω, frango, futurum, κλάσω; at κλαίω, fut. αυσω, pro κλαίω Atticè, fleo, lugeo.

σε φρένας, Atticè, pro σου φρένας; *qui utuntur Accuſat. pro genitivo.*

κεύθω, occulto, a κεῦθος, profunditas, caverna.

βαρυστενάχω, graviter gemo, *poeticè*, pro στενάζω, a στενὸς, anguſtus, quia coarcto corde ingemimus: hinc στόνος, ὁ, gemitus, ſuſpirium.

τίη, *poeticè* pro τί, cur? quid? a τίς, τίνος.

οἴχομαι, vado, abeo, diſcedo, ὠιχόμεσθα *pro* ᾠχόμεσθα, ſolvendo diphthongum, ut ὤιξα pro ὦξα.

δάσαντο, pro ἐδάσαντο, a δαίω, divido, ſcio, uro.

χαλκοχίτων, ὁ, ὁ, loricâ æneâ armatus, a χαλκὸς, ὁ, æs, & χιτὼν, ὁ, tunica.

ἦεν pro ἦν Ionicè, dicunt pro ἦν, ἔα, & ectaſi poeticâ ἦα.

ἐπασσύτεροι, illi dicuntur facere, cum unus facit poſt alterum continuâ ſerie; ab ἆσσον, idem quod ἐγγὺς, prope, propiùs.

πάντῃ, omnino, undequaque.

νέον, recenter, nuper, à νέος, recens, juvenis.

περισχέω, ſuccurro, defendo, adjuvo.

ἐΰς, ὁ, bonus, fortis, formoſus, genit. ἐος, ſed per *poeticam ectaſin*, ἠΰς, *genit.* ἠέος, & *metatheſi* ἐῆος; hinc εὖ, benè, fæliciter, in compoſitione ſignificat facilè, vel fæliciter: hinc εὖγε, *adverb.* euge, bene.

ὠνέω, emo, mercor, *præt. med.* ἐώνημαι, *Atticè*, ſed ὄνημι cum o, juvo, proſum, hîc. Fut. 1. ὀνήσω.

πολλάκις, multoties, ante conſonantem; πολλάκιν ante vocalem, à πολὺς, multus.

μέγας

μέγαρον, τὸ, ingens domicilium, palatium, à μέγας, magnus; ſed generaliter, quæcunque domus.

ἐφήνδα pro ἔφης. imperf. paragoge Æolica.

κελαινεφὴς, ὁ, ἡ, nigras nubes faciens, à κελαίνω, nigrum facio, quod à κέλαις, & νέφος, τὸ, nubes, caligo, quod eſt à νε particula negativa, & φῶς, lux.

ξυνδέω, conſtringo, a δέω, ligo, vincio; unde δεσμὸς, ὁ, vinculum: ſed cum genit. abſum: at δέομαι, opus habeo, indigeo, ſupplico, rogo: hinc δεῖ, imperſonale, oportet; ſed δήω, cum η, invenio.

ὑπελύσαο, diæreſis Ionica pro ὑπελύσω, Aor. 1. medii ὑπελυσάμην.

ὦκα, celeriter. ὠκὺς, celer. ὦχ ob ſequentem aſperat.

ἑκατόγχειρος, ὁ, centum manus habens, ab ἑκατὸν, centum, & χεὶρ, manus.

μακρὸς, ὁ, longus, altus, factum ex Dorico μᾶκος pro μῆκος, longitudo, proceritas.

βριαρέων, per Apocopen, pro βριαρέωνα, Briareus, gigas quidam centum manus habens, à βριάω, robuſtus ſum.

γαίω glorior; hinc γαῦρος, ὁ, ſuperbus, ferox.

μνάω, & μνάομαι, reminiſcor, μνήσομαι, præt. μέμνημαι, Aor. primus paſſ. ἐμνήσθην.

τὸ γόνυ, genu, g. γόνυος, & metath. γοῦνος.

ἐλαύνω, tempora ſumit ab ἐλάω, impello, ago, inſtituo, item, abigo, verbero; hinc Aoriſt. α. ἤλασα, & ſyncope, ἔλσα.

πρύμνα, ἡ, puppis, quæ ultima eſt in navi; hinc πρυμνήσιον, τὸ, funis, quo navis ad terram relegatur, rudens, a πρύμνος, ὁ, ultimus, ſummus, extremus.

κτείνω, occido, F. κτενῶ. P. ἔκτακα. Aor. 2. ἔκτανον.

ἐπαυρέω, & ἐπαυρίσκω, & ἐπαύρομαι, fruor, item, conſequor, item pœnas luo.

ἄτη, culpa, noxa; hinc ἀτάομαι, patior detrimentum, & ἀτάω, lædo.

αἰνὰ, infœliciter, graviter, pro αἰνῶς, poet. ab αἰνός, ὁ, infœlix, gravis, quod ab αἶ interjectione, heu, hei.

αἴθε, utinam, ſi, & *Apocope* αἶ; ſed αἰ fit Doricè pro εἰ; hinc fit communiter εἴθε; αἰ optandi, ſæpe γὰρ, adjectum.

Nota { αἰ, ſi. / αἱ, *articulus præpoſ.* / ἃι, quæ. / αἶ, heu.

αἴθε, εἴθε, ὡς, verbo ὤφελον, ὄφελον, vel Ionicè ὄφελον, ſæpe præponuntur ſequente mox infinitivo: uſurpatur autem ut *Adverbium optandi*: factum ex aor. β. τῦ ὀφείλω, debeo, *& aliquando invenitur in prima, ſecunda, & tertia perſona*. αἴθ' ὄφελες ἧσθαι utinam ſederes, αἴθ', ὄφελον, ἄγαμός τ' ἔμεναι: utinam celebs eſſem: ὡς ὄφελον θάνατός μοι ἁδεῖν: utinam mihi mors placuiſſet: *Iliad*. γ.

ἀπήμων, ὁ, ἡ, ονος, illæſus, inoffenſus, ex α privat. & πῆμα, damnum.

αἶσα, ἡ, fatum, ſors, fortuna, parca; vel ab ἀεὶ ἴσα, ſemper æqualis, vel quaſi δαῖσα, a δαΐω, divido; quia diſtribuit unicuique tempus mortis, & vitæ conditionem.

δὴν, *adverbium poeticum*, diu, jamdudum; hinc δηναιός, diurnus, & δῆνος, conſilium.

ὠκύμορος, ὁ, ἡ, qui brevis eſt fati, ab ὠκὺς, ὁ, velox, & μοῖρα, ἡ, fatum, a μείρω, divido, ſortior.

ὀϊζὺς, ærumna, miſeria, ὀϊζυρὸς, infœlix.

πέλομαι, ſum, imperf. ἐπελόμην, ἔπλεν, & ſyncope ἔπλε, & διαιρέσει, ἔπλεο. πέλω, idem.

τῦ,

τῷ, idcirca: τῳ, ſine accentu, pro τινὶ, alicui.

τερπικέραυνος, ὁ, fulmine gaudens, a τέρπομαι, delector, & κεραυνὸς, ὁ, fulmen.

ἀγάννιφος, ὁ, ἡ, valde nivoſus, ab ἄγαν, & νιφὰς, άδος, ἡ, nix, quod a νίφω, ningo.

παρῆμαι, aſſideo, ab ἧμαι, ſedeo.

αἰθίοψ, vel αἰθιοπεὺς, Æthiops, ab αἴθω, uro, & ὤψ, vultus; quia aduſti ſunt facie. ὠκεανὸς dicitur a celeri fluxu, ὠκέως & νάω, fluo.

χθιζὸς, ὁ, heſternus, a χθὲς, heri.

δαὶς, ἡ, convivium, a δαίω, convivor, ſignificat etiam, diſco, doceor, comburo, incendo.

δωδέκατος, duodecimus, à δυωδέκατος, idem, à δύο, poet. δύω, & δέκα, decem.

ποτὶ Doric. pro πρὸς.

δῶ, pro δῶμα, *Apocope*.

χαλκοβατὲς, qui æneis fundamẽtis inſiſtit, a χαλκὸς, οῦ, & βάσις.

γουνάζομαι, genibus innitor, a γόνυ, genu.

αὐτοῦ, ibi, *per ſyncopen*, pro αὐτόθι.

εὔζωνος, ὁ, ἡ, bene cinctus, pulcher, a ζώννυμι, cingo.

αὐρέω, fruor; hinc ἀπαυρῶ & ἀπαυράω, eripio, *imperf.* ἀπηύραον, & *craſi* ἀπηύρων, ut *hic*.

λιμὴν, ὁ, portus, ἀπὸ τοῦ λίαν μένειν. ad differentiam Oceani ſemper fluentis.

ἐντὸς, intus, *regit genit.*

ἱστίον, τὸ, velum, quod ab ἱστὸς, ὁ, malus navis, quod ab ἵσταμαι, ſto; hinc ἱστοδόκη, receptaculum mali, ab ἱστὸς, & δέχομαι, excipio.

στέλλω, mitto, ſuccingo, contraho, ut *hic*. F. στελῶ, Aor. 1. ἔστειλα.

πελάζω, accedo ad, pertingo, admoveo, a πέλας, prope.

πρότονος, & πρότονον, τὸ, funis ille, qui didu-

βυσσὸς, ὁ, *Ionicè* idem quod βυθὸς, profunditas; a βαίνω: ſed βύσσος, ἡ, byſſus.

προτιπάπτω, pro προσάπτω, alligo, appendo, affigo: item, attribuo, defero, *ut hic*; a πρὸς & ἅπτω, necto.

τέο μέχρις, quouſque.

τυῖδε, huc.

ἀλιτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, peccatrix, quidam exponunt inexorabilis: *Euſt.* qui ſponte ab officio aberrat. *Budæus*, qui ſciens prudenſque peccat.

ἔφυρον, rigabant: a φύρω, μελ. φυρῶ. *Æol.* φύρσω, *præt.* πέφυρκα, miſceo: item, inquino, rigo.

ἐντυπὰς, impreſſo corporis, veſtigio, obvolutim, τύπος, veſtigium, typus.

κατημήσατο, accumulabat, a καταμάω, ab ἀμάω, meto: item, colligo, accumulo: α pro η.

πείρινς gen. ινθος, accuſ. πείρινθα, *ut hic*, arcula: propriè crates ex viminibus. imponitur currui, & quæ vehuntur in ea ponuntur.

γλήνεα, τὰ, pretioſa ſpectaculo digna: a γλήνη, pupilla oculi.

κλέομαι, celebror.

προσφῦσα, *hic*, adhærens; a πρόσφυμι, quod a προσφύω.

ἄντιτος, pro ἀντίτιτος, viciſſim punitus, a τίω.

θυοσκόος, ὁ. Aruſpex: a κοέω, *Ionicè* pro νοέω.

ἐπίθημα, τὸ, operculum, ab ἐπιτίθημι.

φωριαμὸς, ὁ, arca: a φωράω, quæro.

ἁπλοΐς, ίδος, ἡ, veſtis ſimplex, cui opponitur διπλοΐς, ab ἁπλόος, ἁπλοῦς, ſimplex.

ἐξεσίη, legatio, ab ἵημι, mitto.

ὄνεσθε, pro ὄνασθε, *Ionicè*, ab ὄνημαι pro ὄναμαι, fructum vel utilitatem capio.

πέρι: *hic*, ſummè.

κατηφόνες, infames, a κατηφέω, increpo, taxo, in-ſo: idem quod καθάπτομαι.

πανάποτμος, miſerrimus, a πᾶς, & ἄποτμος, mi-ab α & πότμος.

χοροιτυπία, ἡ, chorea, a χοροιτύπος, qui in choro ſat terram pedibus, vel ipſum locum ſaltationis, uod a χορὸς, ὁ, chorus, tripudium, vel locus cho-is agitandis conſtitutus, & τύπτω.

πύξινος, ὁ, buxinus: a πύξος, ὁ, buxus.

οἴηξ, ὁ, gubernaculum, temo navis, *Ionicè* pro οἴαξ. hic dicuntur annuli per quos habenæ mulos gentes trajiciuntur.

πέζα, aliquando generaliter ſignificat extremita-m rei alicujus.

κρίκος, ὁ, annulus, pro κίρκος.

ἕστωρ, ὁ, paxillus: ab ἵστημι, ſtatuo.

ἀπήνη, currus, vehiculum mulare.

ἐντεσιεργὸς, ὁ, armorum opifex, ab ἔντεα, & ἔρ-γον.

ἀκήρατος, *hic*, purus, incorruptus.

χέρνιβον, τὸ, peluis, a χεὶρ, & νίπτω, lavo.

μορφνὸς, niger: ab ὄρφνη, tenebræ: hoc nomine di-itur aquilæ ſpecies.

ἰαύω, dormio, ſomnum capio, ἰαυόωντας, *Io-nicè* pro ἰαυῦντας.

αἰσυήτης, rex, vel αἰσυήτηρ, ῆρος, ὁ, habet varias ex-ſitiones, quidam enim dicunt ſignificare adoleſcē-m valde robuſtum: ex α epitatico, & σύω, ruo, l impetu feror: alii decentem, moderatum, deri-antes ab αἶσα, officium: alii paſtorem, aut qui fa-le huc illuc movetur, ab αΐσσω, ruo: alii idem od αἰσυμνητὴρ, certaminis præſes, quaſi τηρῶν τὰ ιμα, vel ὁ τῶν αἰσίων μνήμην ποιούμενος. reges lim ita appellati ſunt. αἰσυμνήτης idem.

ὑπνώτης,

ὑπηνήτης, ὁ, pubeſcens, ab ὑπήνη, barba, myſtax.

κνέφας, τὸ, *hic*, crepuſculum.

φραδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, conſultus, prudens, a φράδη, ἡ, prudentia, quod à φράζω.

ἄμβροτος, *hic*, ſolitarius, *propriè*, immortalis.

ἀνάρσιος, implacabilis hoſtis, cui cum altero non convenit; ab ἄρω, apto.

ἐΐσκω, adæquo.

πῇ, *hic*, quo?

πάλλομαι, *hic*, ſortiri.

κλήρῳ λάχον, ſors mihi contigit, fortè aſſequutus ſum.

μελεϊστὶ, membratim : à μέλος, τὸ, membrum.

προὔθηκεν, pro προέθηκεν, propoſuit.

ἑρσήεις, ὁ, roſcidus, pro ἐρσήεις, *quod ab* ἐέρση, pro ἔρση, ros.

μιαρὸς, inquinatus, a μιαίνω, inquino.

μέμυκεν, à μύω, claudo, occludo, comprimo. Dicitur propriè de labris & ore; aliquando etiam de oculis, hic de vulneribus quorum labra non hiabant.

παρὲξ Ἀχιλῆα, Achille abſente, vel non ſciente.

ἄντην, coram.

σταυρὸς, ὁ, vallus, palus ligneus acutus & erectus.

ἐπιβλὴς, ὁ, obex; ab ἐπιβάλλω, adjicio.

ἐπιρρήσσεσκον, aperiebant, a ῥήγνυμι, frango.

αὖθι, pro αὐτόθι.

ποιπνύω, *hic*, miniſtro, à πνέω, ſpiro, quoniam qui properanter & anxiè opus faciunt πνευστιῶσι.

κύω, *hic*, oſculor.

πρῆξις, *hic*, utilitas, profectus, pro πρᾶξις, à πράσσω.

κλώθω, neo, deſtino; hinc clotho dicitur una parcarum : hinc ἐπεκλώσαντο, deſtinarunt.

πίθος, dolium, a πιεῖν.

ἐάων, bonorum, ab ἐὺς, bonus.

βοί-

…ρωστις, ἡ, magna fames, a βε, particula augen-
…bovis magnitudine, & βρῶσις, cibus, ipſa co-
…endi actio : hoc autem a βρώσκω, item triſtitia.
…καιρος, ὁ κ ἡ, omnino intempeſtivus, hic, qui
…oci fato, & immatura morte periturus eſt, a πᾶς,
…ιος, idem quod ἄωρος, & ἄνωρος, qui non
…mpore fit, intempeſtivus, præcox, quod ab α,
…ρη, hora.
…ων, affligens, angens; a κῆδος, τὸ, mœror, tri-

…σθαι, decoratum eſſe, a κόσμω, orno.
…τι πρήξεις, nihil proficies,
…ομαι, hic fruor.
…οχλίζω, refero, ab ὀχλεύς, ὁ, vectis, ab ὀχλεύω,

…ρώοντο, tripudiârunt, a ῥώομαι, inuſitat.
…ος, ὁ, ἡ, albus, ex albâ texturâ conſtans,
…ω, texo.
…ια, cibaria, hic, ſed in genere, commoda,
…ρ, τὸ, ante.
…ημεν, Aor. β. paſſ. pro ἐτέρφθημεν, oblectati
a τέρπω, *cujus aor. 2. β. act.* ἔταρπεν.
…ω, ad cubitum mitto.
…ος, ὁ, fœnum, cibus, ſeptum, *ut hic.*
…ιον, lectus, ſtratum.
…ος, τὸ, ſtragulum.
…ος, τὸ, lumen, ignis, lampas, a δαίω, uro.
…οντες, feſtinantes, a κονέω, feſtino.
…βλησις, ἡ, dilatio, ab ἀναβάλλω.
…βοώτης, in urbe clamans, aut per urbem, *epith.*
…nis.
…ἡ cantus, ab ἀείδω, cano : ἀοιδός, ὁ, cantor.
…ω, lugeo, lamentor, a θρῆνος, luctus.
…αι, ſeu ῥύσκομαι, cuſtodio, tueor, idem quod

ἄῤῥητος, inexplicabilis, inenarrabilis, ab α & ῥέω, dico.

ἀμιχθαλόεις, inacceſſus, (ι) ἀπροσόρμιστος· ἐκ θαλάσσης, ab ἅλς, ἡ, mare.

ῥυστάζω, traho, à ῥύω, traho.

νεόσφακτος, recenter interfectus, recens in genere; a σφάω, occido.

εἰκοστός, vigeſimus, ab εἴκοσι, ante.

ἀσύφηλος, *hic*, durus, ignominioſus.

παραιφάμενος, admonens, a παραὶ, pro παρὰ, & φάω, dico.

λάρναξ, arca, urna.

φαεσίμβροτος, ὁ, lucem hominibus afferens, a φῶς, ſeu φάω, luceo, & βροτὸς, mortalis.

καταστορέω, ſterno humi: *item*, obfirmo, *ut hic*.

# APPENDIX DE

## Dialectis collecta tum ex optimis *Grammaticis Græcis, tum ex diligenti obſervatione in legendis Græcis Poëtis, Maximè Homero.*

pro

αι, ut κλάω pro κλαίω.
γ, ut βλήχων pro γλήχων.
κ, ut γναφεὺς pro κναφεύς.
λ, ut μόγις pro μόλις.
η, ut βέλει pro βέλη.
α, ut ἐμίηνα pro ἐμίανα.
ει, ut ἦθα pro εἶθα.
ε in articulis & nominibus cum δὲ compoſitis, τοιοσδὶ pro τοιόσδε.
ν, ut λίτρον pro νίτρον.
σ, ut ξυμφορὰ pro συμφορά.
ε, ut πέπομφα pro πέπεμφα.
ω, ut ἔρος pro ἔρως, inter veteres Atticos.
οι, ut ποεῖν pro ποιεῖν.
λ, ut κρίβανος pro κλίβανος.
ρ poſt aliud ρ, ut θαῤῥεῖν pro θαρσεῖν.
σ, ut τήμερον pro σήμερον.
σσ, ut γλῶττα pro γλῶσσα.
ζ, ut συρίττειν pro συρίζειν.
υι, ut ματρυιά pro μητρυιά.
ο, ut δύω pro δύο.
οι, in genit. Dual. 2. contract. & 2. Indefinito Opt. 3. conjug. verborum in μι, ut πολέων, pro πολέοιν. δοίην pro δοίην.

